Col. 576

C. 3. g.

36. 18. B. 19[1-2]

36-1? - ? 19

SACROSANCTA
PASSIO D. N. IESV CHRISTI

EX QVATVOR EVANGELISTIS
à Ludouico De Bar Senonensi
Subdiacono Apostolico
ordinatè contexta

CVM ALIQVOT ANNOTATIONIBVS
ad historiæ intelligentiam ac rationem
connexionis & ordinis contextus
ab eodem adiunctis.


CVM PRIVILEGIO

S. Mariæ  de Scala

SVPERIORVM PERMISSV.

ROMAE,
Ex Typographia Pauli Diani,
MDXCI.

SANCTISSIMO
Beatiſsimoq; Patri, Et D. N. Gregorio XIIII. Pont. Max.



DVM hic in Vrbe, Beatiſsimè Pater fe. re. Gregorij XIII. iuſſu publicis negotijs, quantum imbecillitas mea patiebatur, aſsiduè tractandis occupatus eſſem, inter alias exercitationes, quibus quotidiani laboris curas leuare, & ab exterioribus, alieniſq; occupationibus, ad interiora, meq; ipſum redire interdum conſueueram, illa

etiam fuit, qua aliquod ſtudium in lectione ſacroſanctæ paſsionis D. N. Ieſu Chriſti ponebam, cuius totam hiſtoriam, ſingulaq; myſteria eo quo proceſſerunt ordine, cupiebam memoriæ commendare: id tamen ob quatuor Euangeliſtarum narrationis & ordinis diuerſitatem ægrè me conſequi poſſe ſperabam. Et ſi enim omnes idem ſpectent, ſibiq; inuicem conſentiant, tamen alia alij, vel reticent, vel tantum innuunt, alia breuius attingunt, latius alia exponunt, alij etiam eadem diuerſis verbis explicant, ſic dictante & moderante, qui in illis locutus eſt, Spiritu ſancto. Quare venit mihi in mentem ex ipſorum quatuor textu, vnam tantummodo narrationem, nullo penitus verbo extrin-

trinſecus addito, plenè atq; ordinate conficere, quæ omnia ab eis, communiter aut ſigillatim ſcripta, atq; vt vnuſquiſq; Euangeliſta illa magis exprimit, complecteretur, ſicq; in vnum contextum concinnare, vt facile perdiſci poſſet. Id igitur aggreſſus, rem primum vtcunque adumbraui: Deinde verò maius ocium nactus eam ſtudui diligentius exprimere, & in eum ordinem nuperrime redigere, vt fere vnus tantum Euangeliſta, non quatuor, loqui videri poſsit, atq; ita vt quod ab vnoquoq; in contextum ſumptum eſt, ſtatim in eius lectione appareat. Quaſdam inſuper ijs notationes hinc inde collectas, quibus maximè aliqua ratio ipſius vel ordinis vel connexionis redderetur, adieci. Accidit po-

 ſtea,

stea, vt hanc meam exercitationem pijs ac doctis viris ostenderem, quibus cum non improbaretur, me sæpe hortati sunt, vt quod mihi priuatim elaboraueram, ad aliorum quoq; vtilitatem sinerem in publicum prodire: illudq; addiderunt, si id facerem, ac si sub Sanctit. Vestræ, nomine, hoc præcipue passionis tempore ederem, fore vt illi pro sua singulari pietate, & benignitate, non ingratum, apud alios vero magis commendatum, & gratiosum esset. Obtemperaui certe. Et licet satis intelligam, hoc quicquid est mei laboris, parui æstimandum, tamen idipsum qualecunq; est, vt etiam meæ erga illam summæ esset deuotionis testimonium, Sanctitatis Vestræ, pedibus, meque ipsum hu-

militer offerre non dubitaui. Non quòd existimem illam hoc contextu indigere, imprudens enim atque ineptus sim, cum omnibus sit perspicuum, eam in sancto pectoris sui recessu totam ipsam Dominicam Passionem gerere, ex cuius singulis mysterijs, & verbis iandudum nouit fasciculos myrrhæ, qui intra sinum suum assiduè commorentur, suumq; longè lateque odorem diffundant, per se ipsa colligere, & aquas haurire de fontibus Saluatoris, non solùm in gaudio, dum in eis & redemptionem humanam, & diuinam clementiam contemplatur: sed etiam in ea, quæ secundum Deum est, tristitia & commiseratione. Vnde illæ vberrimæ, & fructuosissimæ Sanctitatis Vestræ lachrymæ inter

 quoti-

quotidianas preces non tantum ſecretò emanant, verumetiam in publico, ea quoque inuita, erumpunt, ſingularem illius charitatem, inſignem pietatem, miſericordem animum, ac paterna viſcera teſtantes; dum Chriſti D. N. dolores & vulnera, quæque eorum cauſa fuere, humani generis culpas, & præſentium temporum calamitates, rerumq; omnium grauiſsimas perturbationes conſiderat. Ad quas leuandas ac ſedandas, & ad commune totius Eccleſiæ bonum, Deum enixè precor vt Sanctitatem Veſtram, diutiſsimè ſeruet incolumem, eique concedat, vt quas de miſerijs in quibus verſamur quotidie capit ſollicitudines, eas per Domini noſtri Ieſu Chriſti paſsionis piam re-

corda-

cordationem, ac meditationem consoletur. Rom. Kalen. Aprilis M. D. XCI.

Sanctitatis V.

Humillimus & deuotiss. seruus

Lud. De Bar

LVDOVICI DE BAR Senonensis Subdiaconi Apostolici in sequentem Dominicæ Paſsionis contextum

Præfatio.

CONtextus, nexus, & ordo historię paſsionis Domini Nostri Iesu Christi, ex Sanctis quatuor Euangelistis collectæ, atq; etiam aliquot eorum, quæ illam præcesserunt à sabbato ante Dominicam Palmarum, quæ erat luna decima, qua idē Dominus noster, vt verus agnus paschalis, quinto post die, luna scilicet quintadecima, & in die festo paschali Iudæorū pro totius mundi salute immolandus, Hyerosolymam est ingressus. Incipit autem textus ab vnctione illa, & vnguenti in pedes, & caput ipsius Domini nostri cum esset sabbato prædicto in Bethania, effusione, quàm Matthæus, & Marcus in principio descriptionis ipsius paſsionis inter narrationem congregationis Principum sacer-

facerdotum in nece Christi, ac Iudæ proditoris ad eos biduò ante Pascha, feria scilicet quarta congregatos profectionem, licet antea contigisset, inseruerunt; vt occasionem quàm Christum vendendi Iudas instigante Diabolo prius acceperat, notarent. Quia vero nostrum præcipuum institutum est, totam historiam sacræ passionis pro faciliori illius comprahensione memoria, & meditatione, eo quo processit, vel qua processisse ex Euangelistis colligi potest, ordine contexere, & quasi ante oculos ponere. Ideo operæprecium visum est illius narrationem ab ea vnctionis, & effusionis vnguenti historia inchoare, & deindè congregationem Iudeorum, ac statim perfidi ad illos Iudæ profectionẽ subnectere, multis, quæ a dicto sabbato, vsque ad prædictum biduum contigerunt, tanquàm ipsam Dominicæ Passionis historiã non ita prope concernerent, prætermissis. Sequitur post hæc præparatio & esus agni paschalis legalis, & nouissima Domini cęna cum duodecim Apostolis, idque feria quinta sequenti, quæ erat quartadecima luna, & primus dies azymorum, quando Pascha Iudæi, vt ex præcepto necesse erat, immolabant: quo etiam tempore Dominus duos ex discipulis misit vt illud pararent,

rent, ſicuti fecerunt. Lauatio ſubindè pedum, cœna communi, iam poſt agni Iudaici confectionem incepta. Et ſanctiſsimæ Euchariſtiæ inſtitutio. Mentio item de proditore tam ante, quàm poſt ipſam inſtitutionem. Contentio inſuper inter Apoſtolos exorta quis eorum eſſet maior, poſt cuius ſedationem, Dominus dat mandatum nouum de dilectione: Petrum certum facit, ſe pro illius fidei ſtabilitate rogaſſe, monet vt aliquādo conuerſus fratres ſuos confirmet, ac illi nimium de ſe fidenti ſemel negationem prædicit. Sermo autem Chriſti ſcriptus a Ioanne, qui ſucceſſiuè ſequitur, hic vero non inſeritur, habitus fuit partim in domo, & cœnaculo, vſque ad finem cap. 14. Ioan. vbi Dominus dicit, Surgite eamus hinc, vti etiam fecerunt: & hymno dicto, ſicut narrant Matthæus, & Marcus, exierunt in montem Oliuarum, quo progrediendo à cœnaculo Dominus eundem ſermonem in via continuauit, habuitque orationem ad Patrem: quibus dictis peruenit cum diſcipulis ad torrentem Cedron, & illum trangreſſus eſt: Hincque prædicens illis eorum diſperſionem, fugā, & ſcandalum, ac iterum Petro negationē, venit cum illis ad villam Gethſemani, vbi erat hortus, in quem ingreſſus, poſt trinam oratio-

orationem, & ſudorem ſanguineum, ſurgens ab oratione, ſponte ſe inimicis offerens, traditus eſt, & captus; vt de horum, ac reliquorum in paſsionis hiſtoria contentorum ſerie clare patebit, tam in ipſo contextu, quàm annotationibus infra poſt totum contextum poſitis, quę maximè ſpectant ad intelligentiam hiſtoriæ, ac rationem connexionis ſeriei, & ordinis ipſius contextus, quæq; ſunt potiſsimũ collectę, ex commentariis, & annotationibus, doctiſsimi, & piiſsimi viri Doctoris Franciſci Toleti è Societate Ieſu in Ioan. Sciendum autem eſt, in toto contextu nullum eſſe verbum, quod non ſit ex textu ipſorũ quatuor Euangeliſtarum, quorum ſinguli per vnam ex quatuor primis literis linguę latinæ maioribus notantur. *A* Videlicet, Matthæum, *B* Marcum, *C* Lucam, *D* vero Ioannem indicant narrantes. Similiter id præſtant, *a*, *b*, *c*, *d*, minores, quibus ferè non vtimur, niſi cum in alicuius Euãgeliſtæ narratione, qui factum principaliter, aut certè fuſius refert, vnum, ſeu pauca verba inſeruntur ex alio Euangeliſta deſumpta, quę faciunt ad maiorem rei geſtæ expreſsionem: quæ inſertio his lineis [ ] concluditur, vt non fiat narrationis interruptio, ſed appareat continuatio

textus Euangelistæ, rem ipsam principaliter (vt dictum est) narrantis: ita vt nullum etiam sit verbum, quod non statim legendo innotescat, a quo Euangelistarum sit scriptum. Nihil vero eorum quæ ab omnibus Euangelistis communiter, nihil eorũ quæ ab vnoquoque sigillatim dicta sunt, fuit prætermissum, ipsaque historia ita cõtexta, & continuata (nisi fallimur) ob oculos ponitur, vt si tota ab vno Euangelista fuisset descripta. Vitauimus enim quoad fieri potuit, ne rerum repetitiones pium lectorem offenderent, tædiumque ei generarent, nullo verbo, immò vero nec vna syllaba a nobis extrinsecus addita. Quantũ vero in hoc simus consecuti, aliorum erit iudicium. Quantum quoque hic Dominicæ Passionis contextus, si frequentius manibus teratur omnibus in eiusdem passionis lectione, vel meditatione se exercere cupientibus sit profuturus, res ipsa docebit. Omnia enim sic digesta, & composita sunt, ad faciliorem (vt diximus) comprehẽsionem & memoriam totius scriptæ historiæ Dominicæ passionis, quæ iugis in cordibus nostris esse deberet; & ad amplius eam meditandum, & considerandum, quã humillimè & patienter, quàmque benignè & amanter, tot & tanta opprobria, & tor-

menta,

menta, ac denique ipſam mortem, mortẽ autem crucis, idem Dominus noſter pro nobis ſuſtinere voluerit, vt ex huiuſmodi pia meditatione, nos quoque magis prouocemur ad illum amandum, & imitandũ, ad ei intimè compatiendum, & gratias agendum, quòd ipſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus per meritum eiuſdem paſsionis ſuæ nobis concedere dignetur. Amen.


A Matthæus. B Marcus. C Lucas. D Ioannes.	Similiter in inſertionibus.	a Matthæus. b Marcus. c Lucas. d Ioannes.

Numeri more Romano in margine poſiti oſtendunt loca quibus ſingulæ annotationes reſpondent.



SACROSANCTA Paſsio Domini noſtri Ieſu Chriſti

EX QVATVOR EVANGELISTIS pleně & ordinatě contexta.



A. CVM [d ante ſex I.
dies Paſchæ] Ie- *Mat.*
ſus eſſet in Betha- 26.
nia, [d vbi La- *Mar.*
zarus fuerat mor- 14.
tuus, quem ſuſcitauit Ieſus,] in do- *Ioan.*
mo Simonis leproſi: [d fecerunt ei 12.
cœnam ibi, & Martha miniſtrabat,
Lazarus vero erat vnus ex diſcum-
bentibus cum eo.] Acceſſit [d er-
go] ad eum mulier [d Maria] ha-
bens alabaſtrum vnguenti [d nardi

pistici pretiosi, & vnxit pedes Iesu,& extersit capillis suis,] & [*b* fracto alabastro] effudit super caput ipsius recumbentis: [*d* & domus impleta est ex odore vnguenti.] Videntes autem discipuli, indignati sunt [*b* intra semetipsos] dicentes: Vt quid perditio hæc? *B* Poterat enim vnguentum istud venundari plusquam trecentis denariis, & dari pauperibus. Et fremebant in eam. *D* Dixit ergo vnus ex illis Iudas Iscariotes, qui erat eum traditurus: Quare hoc vnguentum non vænijt trecentis denarijs, & datum est egenis? Dixit autē hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum: sed quia fur erat, loculos habens, ea quæ mittebantur portabat. *A* Sciens autem Iesus ait illis: Quid molesti estis huic mulieri? *B* Sinite eam: Bonum opus operata est in me: semper enim pauperes habetis vobiscum, & cū volueritis potestis illis benefacere: me autem non semper habebitis. [*a* Mittens enim

hæc

hæc vnguentum hoc in corpus meũ, ad sepeliendum me fecit,] præuenit vngere corpus meum in sepulturam. Amen dico vobis, vbicunque prædicatum fuerit Euangelium istud in vniuerso mundo, & quod hæc fecit, narrabitur in memoriam eius. *c* Appropinquabat autem dies festus azymorum, qui dicitur Pascha. *A* Et dixit Iesus discipulis suis: Scitis quia post biduum Pascha fiet, & filius hominis tradetur, vt crucifigatur. Tunc congregati sunt Principes sacerdotum & seniores populi [*b* & scribæ] in atrium Principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas & consilium fecerunt vt Iesum dolo tenerent, & occiderent: [*c* timebant vero plebem.] Dicebant autem: Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. *C* Intrauit autem Satanas in Iudam, qui cognominabatur Iscariotes, vnum de duodecim, & abijt, & locutus est cum Principibus sacer dotum, & magistratibus, quemadmo

Luc. 22.

II

dum illum traderet eis. A Et ait illis Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? B Qui audientes gauisi sunt, & promiserunt, [c pacti sunt] ei pecuniam se daturos. A Et constituerunt ei triginta argenteos. C Et spopondit. Et [a exinde] quærebat opportunitatem vt traderet illum sine turbis. Venit autem dies azymorum, in qua necesse erat occidi Pa-
II. scha. B Et primo die azymorum, quando Pascha immolabant, [a accesserunt discipuli ad Iesum,] & dicunt ei: Quo vis eamus, & paremus tibi vt manduces Pascha? Et mittit duos ex illis [c Petrum & Ioannẽ,] & dicit eis: Ite in Ciuitatem: & C ecce introeuntibus vobis in Ciuitatem occurret vobis homo amphorã aquæ portans: sequimini eum in domum in quam intrat, & dicetis patrifamilias domus: Dicit tibi Magister: [a Tempus meum prope est, apud te facio pascha:] Vbi est diuersoriũ, vbi Pascha cum discipulis meis man

ducem? Et ipse ostendet vobis cœ-
naculum magnum stratum, & ibi pa-
rate [*b* nobis.] Euntes autem inue-
nerunt sicut dixit illis, & parauerunt
Pascha. [*a* Vespere autem facto,]
& cum facta esset hora, discubuit, &
duodecim Apostoli cum eo, & ait il-
lis: Desiderio desideraui hoc Pascha III.
manducare vobiscum, antequam pa
tiar. Dico enim vobis, quia ex hoc
non manducabo illud, donec implea
tur in regno Dei. Et accepto calice
gratias egit, & dixit: Accipite & di-
uidite inter vos. *A* Dico autem vo-
bis, non bibam amodo de hoc geni-
mine vitis vsque in diem illum, cum
illud bibam vobiscum nouũ in regnō
patris mei. *D.* Ante diem festum Pa- IIII.
schæ, sciens Iesus quia venit hora *Io.* 13
eius, vt transeat ex hoc mundo ad
Patrem: cũ dilexisset suos, qui erant
in mundo, in finem dilexit eos. Et
cœna facta, cum diabolus iam mi- V.
sisset in cor, vt traderet eum Iudas
Simonis Iscariotes: sciens quia om-

nia dedit ei Pater in manus, & quia a Deo exiuit, & ad Deum vadit, surgit a cœna, & ponit vestimenta sua, & cum accepisset linteum, præcinxit se. Deinde misit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo quo erat præcinctus. Venit ergo ad Simonem Petrum. Et dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lauas pedes? Respondit Iesus, & dixit ei; Quod ego facio, tu nescis modò: scies autem postea. Dicit ei Petrus, Non lauabis mihi pedes in æternum. Respondit ei Iesus: Si non lauero te, non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus: Domine nõ tantum pedes meos, sed & manus & caput. Dicit ei Iesus: Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mũdus totus. Et vos mundi estis, sed non omnes. Sciebat enim quisnam esset, qui traderet eũ, propterea dixit: Non estis mũdi omnes. Postquam ergo lauit pedes eorum, accepit vestimenta sua, & cum

 recu-

recubuisset iterum, dixit eis: Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me Magister & Domine: & benedicitis: sum etenim. Si ergo ego laui pedes vestros Dominus & Magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplũ enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Amen amen dico vobis, non est seruus maior domino suo, neque apostolus maior eo qui misit eum. Si hæc scitis, beati eritis, si feceritis ea. Non de omnibus vobis dico: ego scio quos elegerim; sed vt adimpleatur scriptura. Qui manducat mecum panem, leuabit contra me calcaneũ suum. Amodo dico vobis priusquam fiat; vt cum factum fuerit, credatis quia ego sum. Amen amen dico vobis, qui accipit si quem misero, me accipit: qui autem me accipit, accipit eum qui me misit. Cum hæc dixisset Iesus, turbatus est spiritu, & protestatus est, & [a edentibus illis] dixit: Amen amen dico vobis, quia

vnus ex vobis tradet me, [*b* qui man ducat mecum.] Aſpiciebant ergo adinuicem diſcipuli, hæſitantes de quo diceret. *B* At illi cœperunt contriſtari, *A* & contriſtati valde, cœperunt ſinguli dicere: Numquid ego ſum Domine? At ipſe reſpondens ait: [*b* Vnus ex duodecim,] qui intingit mecum manum in paropſide, hic me tradet. Reſpondens autem Iudas, qui tradidit eum, dixit: Nunquid ego ſum Rabbi? Ait illi: Tu dixiſti. Cœnantibus autem eis [*b* & manducantibus,] accepit Ieſus panem, [*c* gratias egit,] & benedixit, ac fregit, deditq; diſcipulis ſuis, & ait: Accipite & comedite: Hoc eſt corpus meum, [*c* quod pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem, poſtquam cœnauit,] accipiens, gratias egit, & dedit illis dicens: Bibite ex hoc omnes. Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti, qui [*c* pro vobis] & pro multis

effundetur in remiſſionem peccatorum. B Et biberunt ex illo omnes. C Veruntamen ecce manus tradentis me, mecum eſt in menſa. Et quidem filius hominis, ſecundum quod [a ſcriptum] definitum eſt [a de illo,] vadit: Veruntamen væ homini illi, per quem tradetur: [a bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille.] Et ipſi cœperunt quærere inter ſe, quis eſſet ex eis, qui hoc facturus eſſet. D Erat ergo recumbens vnus ex diſcipulis eius in ſinu Ieſu, quem diligebat Ieſus. Innuit ergo huic Simon Petrus, & dixit ei: Quis eſt de quo dicit? Itaque cum recubuiſſet ille ſupra pectus Ieſu, dixit ei: Domine, quis eſt? Reſpondit Ieſus: Ille eſt, cui ego intinctum panem porrexero. & cum intinxiſſet panem dedit Iudæ Simonis Iſcariotæ. Et poſt buccellam introiuit in VI.
eum Satanas. Et dicit ei Ieſus: Quod facis, fac citius. Hoc autem nemo ſciuit diſcumbentium, ad quid dixerit

ei.

ei. Quidam enim putabant (quia loculos habebat Iudas) quòd dixiſſet ei Ieſus: Eme ea quæ opus ſunt nobis ad diem feſtum: aut egenis vt aliquid daret. Cum ergo accepiſſet ille buccellam, exiuit continuo. Erat autem nox. Cum ergo exijſſet, dixit Ieſus: Nunc clarificatus eſt filius hominis, & Deus clarificatus eſt in eo. Si Deus clarificatus eſt in eo, & Deus clarificabit eum in ſemetipſo, & continuo clarificabit
VII. eum. c Facta eſt autem & contentio inter eos, quis eorum videretur eſſe maior. Dixit autem eis: Reges gentium dominantur eorum, & qui poteſtatem habent ſuper eos, benefici vocantur. Vos autem non ſic: ſed qui maior eſt in vobis, fiat ſicut iunior: & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator. Nam quis maior eſt, qui recumbit, an qui miniſtrat? nonne qui recumbit? Ego autem in medio veſtrũ ſum, ſicut qui miniſtrat. Vos autem eſtis, qui permanſiſtis mecum in tentationibus

nibus meis. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum, vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedeatis super thronos, iudicantes duodecim tribus Israel. D Filioli, adhuc modicum vobiscum sum. Quæretis me, & sicut dixi Iudæis; Quo ego vado, vos non potestis venire: & vobis dico modo: Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem. In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adinuicem. C Ait autem Dominus Simoni: Simon, ecce Satanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticum, ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. D Dicit ei Simon Petrus: Domine quo vadis? Respondit Iesus: Quo ego vado, non potes me modo sequi, sequeris autem postea. Dicit ei Petrus: Quare non possum te sequi modo? Animam

meam pro te ponam; [c Domine, tecum paratus sum & in carcerem, & in mortem ire.] Respondit ei Iesus:
VIII. Animam tuam pro me pones? Amen amen dico tibi [c Petre,] non cantabit [c hodie] gallus, donec ter me neges. c donec ter abneges nosse me. Et dixit eis: Quando misi vos sine sacculo, & pera, & calceamentis, nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc qui habet sacculum, tollat similiter & peram: & qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium. Dico enim vobis, quoniam adhuc hoc quod scriptum est, oportet impleri in me: Et cum iniquis deputatus est. Etenim ea quæ sunt de me, finem habent. At illi dixerunt: Domine, ecce duo gladij hic. At ille dixit eis: Satis est.
Io. 14 D Et ait illis: Non turbetur cor vestrum. Creditis in Deum, & in me credite, In domo patris mei mansio-
nes

nes multæ sunt, &c. *Sequitur hic totus* *Io.* 14
sermo Christi post cœnam, & successiue ora- 15.16
tio eius ad Patrem. Ioan. 14. 15. 16. 17. 17.
vsque ad finem cap. 17.

Hic incipit historia passionis.

D. Hæc cum dixisset Iesus, egressus IX.
est cum discipulis suis trans torren- *Io.* 18
tem Cedron. *C* Et ibat secundum *Luc.*
consuetudinem in montem oliua- 22.
rum. Secuti sunt autem illum & di- *Matt.* 26.
scipuli. *A* Tunc dicit illis Iesus: *Mar.*
Omnes vos scandalum patiemini in 14.
me in ista nocte. Scriptum est enim: Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Postquam autem resurrexero, præcedam vos in Galilæam. Respondens autem Petrus, ait illi: Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor. Ait illi Iesus: Amen dico tibi: *B* quia tu hodie in nocte hac, priusquàm gallus bis vocem dederit, ter me es negaturus. At ille amplius lo-

que-

quebatur: Et si oportuerit me [*a* mori tecum,] non te negabo. *A* Similiter & omnes discipuli dixerunt. Tunc venit Iesus cum illis in villam, quæ dicitur Getsemani, *D* vbi erat hortus; in quem introiuit ipse, & discipuli eius. *C* Et cum peruenisset ad locum, dixit eis: *A* Sedete hic donec vadam illuc & orem [*c* orate ne intretis in tentationẽ.] Et assumpto Petro, & duobus filijs Zebedæi, cœpit [*b* pauere & tædere,] contristari & mæstus esse. Tunc ait illis: Tristis est anima mea vsque ad mortem. Sustinete hic, & vigilate mecum. Et progressus pusillum, [*c* auulsus est ab eis quantũ est iactus lapidis, & positis genibus] procidit [*b* super terrã,] in faciẽ suam. *B* Et orabat, vt, si fieri posset, transiret ab eo hora: & dixit. *A* Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste. Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. *B* Abba pater, omnia tibi possibilia sunt. *C* Si vis, transfer calicem istum a me. Verun-

tamen nō mea voluntas, ſed tua fiat.
A Et venit ad diſcipulos ſuos, & inuenit eos dormiētes [*c* præ triſtitia.]
Et dicit Petro: [*b* Simon dormis.]
Sic non potuiſtis vna hora vigilare mecum? [*c* quid dormitis? Surgite] vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. Iterum ſecundò abijt, & orauit dicens: Pater mi, ſi non poteſt hic calix tranſire, niſi bibam illum, fiat volūtas tua.
Et [*b* reuerſus denuo] inuenit eos dormientes: erant enim oculi eorum grauati, [*b* & ignorabant quid reſpōderent ei.] Et relictis illis, iterum abijt, & orauit tertiò, eundem ſermonem dicens. *C* Apparuit autem illi Angelus de cælo, confortans eum.
Et factus in agonia prolixius orabat. Et factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terrā.
D Sciebat autem & Iudas, qui tradebat eum, locum, quia frequenter Ieſus conuenerat illuc cum diſcipu-

lis

lis suis. Iudas ergo cum accepisset cohortem, & a Pontificibus & Pharisæis ministros, venit illuc cum laternis, & facibus, & armis. *c* Et cum surrexisset Iesus ab oratione. *A* tunc venit [*b* tertiò] ad discipulos suos, & dicit illis: Dormite iam & requiescite; [*b* sufficit,] ecce appropinquauit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite eamus? *B* Ecce qui me tradet prope est. Et adhuc eo loquente, [*a* ecce] venit Iudas Iscariotes vnus de duodecim, & cum eo turba multa cum gladijs, [*a* & fustibus] & lignis [*a* missi] à principibus sacerdotum, & scribis, & senioribus [*a* populi.] Dederat autem traditor eius signum eis, dicens: Quemcunque osculatus fuero, ipse est, tenete eum, & ducite caute. *C* Et antecedebat eos, & appropinquauit Iesu, vt oscularetur eum. *A* Et confestim accedens ad Iesum, dixit: Aue Rabbi: & osculatus est eum. Dixitq;

illi Iesus: Amice, ad quid venisti?
C Iuda, osculo filium hominis tradis? D Iesus itaq; sciens omnia quæ ventura erant super se, processit, & dixit eis: Quem quæritis? Responderunt ei: Iesum Nazarenum. Dicit eis Iesus: Ego sum. Stabat autē & Iudas, qui tradebat eum, cū ipsis. Vt ergo dixit eis: Ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Iterum ergo interrogauit eos: Quem quæritis? Illi autem dixerunt: Iesum Nazarenum. Respōdit Iesus: Dixi vobis quia ego sum. Si ergo me quæritis, sinite hos abire: vt impleretur sermo quem dixit, Quia quos dedisti mihi, nō perdidi ex eis quenquam. A Tunc accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum. C Videntes autem hi qui circa ipsum erāt quod futurum erat, dixerunt ei: Domine si percutimus in gladio? A Et ecce vnus ex his qui erant cū eo, D Simon Petrus habens gladium eduxit eum, & [a extendens manum] percussit

Pontificis ſeruum, & abſcidit auricu lam eius dexteram. Erat autem nomen ſeruo Malchus. C Reſpondens autem Ieſus ait: Sinite vſque huc; & cum tetigiſſet auriculam eius, ſanauit eum. A Tũc [d dixit Ieſus Petro] Conuerte gladium tuum in locum ſuum: [d mitte gladium tuum in vaginam.] Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. [d Calicem quem dedit mihi pater nõ vis vt bibam illum?] An putas quia non poſſum rogare patrem meum, & exhi bebit mihi modò pluſquàm duodecim legiones Angelorum? Quomodo ergo implebuntur ſcripturæ? quia ſic opportet fieri. In illa hora dixit Ieſus turbis [c & ad eos qui venerant ad ſe principes ſacerdotum, & magiſtratus templi, & ſeniores.] Tanquam ad latronem exiſtis cum gladijs & fuſtibus, [b & lignis] comprehendere me: quotidie apud vos ſedebam docens in templo, & non me tenuiſtis, [c non extendiſtis manus in me:

ſed

ſed hęc eſt hora veſtra,& poteſtas tenebrarum.] Hoc autem totum factũ eſt, vt adimplerentur ſcripturæ prophetarum. Tunc diſcipuli omnes, relicto eo fugerunt. *B* Adoleſcens autem quidam ſequebatur eũ amictus ſindone ſuper nudo, & tenuerunt eũ: At ille relicta ſindone nudus profugit ab eis. *D* Cohors autem, & tribunus,& miniſtri Iudæorum compræhenderunt Ieſum,& ligauerunt eum, & adduxerunt eum ad Annam primùm, erat enim ſocer Caiphæ, qui erat Pontifex anni illius. Erat autem Caiphas qui conſilium dederat Iudæis, quia expedit vnum hominem mori pro populo. *A*. At illi tenentes Ieſum, duxerunt ad Caipham principem ſacerdotum vbi [*b* omnes ſacerdotes, &] ſcribæ, & ſeniores conuenerant. *D*. Sequebatur autem Ieſum
XI.
Simon Petrus, [*a* à longe,] & alius diſcipulus, Diſcipulus autem ille erat notus Pontifici, & intrauit cum Ieſu in atrium Pontificis. Petrus au-

tem ſtabat ad oſtium foris. Exiuit ergo diſcipulus alius qui erat notus Pontifici, & dixit oſtiariæ, & introduxit Petrum A vſq; in atrium Principis ſacerdotum, & ingreſſus intrò, ſedebat cum miniſtris vt videret finem. D. Pontifex ergo interrogauit Ieſum de diſcipulis ſuis, & de doctrina eius. Reſpondit ei Ieſus, Ego palã locutus ſum mũdo, ego ſemper docui in ſynagoga, & in tẽplo quo omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus ſum nihil: Quid me interrogas? interroga eos qui audierunt quid locutus ſum ipſis, ecce hi ſciunt quæ dixerim ego. Hæc autem cum dixiſſet, vnus aſſiſtens miniſtrorum dedit alapam Ieſu, dicens: Sic reſpondes Pontifici? Reſpõdit ei Ieſus: Si male locutus ſum, teſtimoniũ perhibe de malo: ſi autem bene, quid me cædis? Et miſit eum Annas ligatum ad Caipham Pontificem. A Principes autẽ ſacerdotum, & omnẽ cõcilium, quærebant falſum teſtimonium cõtra Ieſum

ſum, vt eum morti traderent, & non inuenerunt, cum multi falſi teſtes acceſſiſſent. *B* Multi autem falſum teſtimonium dicebant aduerſus eum, & conuenientia teſtimonia non erãt. *A* Nouiſſime autem venerũt duo falſi teſtes, & dixerunt: Hic dixit, Poſſum deſtruere templum Dei, & poſt triduum reædificare illud. *B* Nos audiuimus eum dicentem: Ego diſſoluam templum hoc manufactum, & poſt triduum aliud non manufactum ædificabo. Et non erat conueniens teſtimonium illorum. *A* Et ſurgens Princeps ſacerdotum [*b* in mediũ] ait illi: Nihil reſpondes ad ea quæ iſti aduerſum te teſtificantur? [*b* Nõ reſpondes quicquam ad ea quæ tibi obijciuntur ab his?] Ieſus autem tacebat [*b* & nihil reſpõdit. Et [*b* rurſum] Princeps ſacerdotum ait illi: Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis, ſi tu es Chriſtus filius Dei [*b* benedicti.] Dicit illi Ieſus: Tu dixiſti, [*b* ego ſum.] Veruntamen di-

co vobis, Amodo videbitis filium hominis ſtātem a dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli. Tunc Princeps ſacerdotum ſcidit veſtimēta ſua, dicens: Blaſphemauit, quid adhuc egemus teſtibus? [*b* quid adhuc deſideramus teſtes?] Ecce nunc audiſtis blaſphemiam: quid vobis videtur? [*b* Qui omnes condemnauerunt eum reum eſſe mortis.] & reſpōdentes dixerunt: Reus eſt mortis. Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eum cæciderunt: Alij autem palmas in faciem eius dederūt. *C* Et viri qui tenebant eum, illudebant ei cædentes. Et velauerunt eū, & percutiebant faciem eius, & interrogabant eum dicentes: Prophetiza [*a* nobis Chriſte,] quis eſt qui te percuſſit? Et alia multa blaſphemantes dicebant in eum.

XII. *C*. Accenſo autē igne in medio atrij [*b* deorſum,] & circumſedentibus miniſtris, erat Petrus in medio eorū. *B* Et ſedebat cum illis ad ignem, &

calefaciebat se. Et venit ad eum vna ex ancillis summi sacerdotis, [d ancilla ostiaria,] & cum vidisset Petrū calefacientem se, C Sedentem ad lumen, & eum fuisset intuita, dixit. Et hic cum illo erat. B Et aspiciens illum ait: Et tu cum Iesu Nazareno eras. D Nunquid & tu ex discipulis es hominis istius? A At ille negauit coram omnibus, dicens: D Non sum: C Mulier non noui illum: A Nescio quid dicis: B Neque scio, neque noui quid dicas. Et exijt foras ante atrium, & gallus cantauit. D. Stabāt autem serui & ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant se. Erat autem cum eis Petrus stans & calefaciens se. B Rursus autem cum vidisset eum [a alia] ancilla, cœpit dicere circunstantibus: Quia hic ex illis est: A Et hic erat cum Iesu Nazareno. C Et alius videns eum, dixit: Et tu de illis es. D Dixerunt ergo ei: Nunquid & tu ex discipulis eius es? A Et iterum negauit cum iu-
 ramento,

ramento, quia non noui hominem. D Negauit ille, & dixit: Non sum: C O homo nõ sum. A Et post pusillũ: C interuallo facto quasi horæ vnius, alius quidẽ affirmabat dicens, Vere & hic cum illo erat, Nam & Galilæus est: Et ait Petrus: homo nescio quid dicis. D Dicit ei vnus ex seruis Pontificis, cognatus eius cuius abscidit Petrus auriculam: Nonne ego te vidi in horto cum illo? B Rursus qui astabãt dicebant Petro: Vere [a & tu] ex illis es: nam & Galilæus es [a & loquela tua manifestum te facit.] Ille autem [a tunc] cœpit anathematizare, [a detestari,] & iurare [a quia non noui hominem;] quia nescio hominem istum quem dicitis. C. Et continuo adhuc illo loquente, gallus [b iterum] cantauit. Et conuersus Dominus respexit Petrum. Et recordatus Petrus verbi Domini [a Iesu] sicut dixerat [a illi;] quia priusquam gallus cantet [b bis] ter me negabis. [b Et cœpit flere.] Et

egressus foras Petrus, fleuit amarè.
Et [b confestim mane] vt factus est
dies conuenerunt, A consilium inie-
runt omnes Principes sacerdotum
& seniores populi [c & scribæ] ad-
uersus Iesum, vt eum morti traderet.
C Et duxerunt eum in concilium suũ, XIII.
dicentes: Si tu es Christus, dic no-
bis. Et ait illis: Si vobis dixero, non
credetis mihi: si autem & interro-
gauero, non respondebitis mihi, ne-
que dimittetis. Ex hoc autem erit fi-
lius hominis sedens à dextris virtu-
tis Dei. Dixerunt autem omnes: Tu
ergo es filius Dei? Qui ait: Vos dici-
tis, quia ego sum. At illi dixerunt:
Quid adhuc desideramus testimo-
nium? Ipsi enim audiuimus de ore
eius. Et surgẽs omnis multitudo eo-
rum, [b vincientes Iesum,] ducunt il-
lum. A & vinctum tradiderunt Pon-
tio Pilato præsidi. Tunc vidẽs Iudas,
qui eum tradidit, quòd damnatus es-
set, pœnitentia ductus, retulit trigin
ta argenteos Principibus sacerdotũ

& ſenioribus dicens : Peccaui tradens ſanguinem iuſtum. At illi dixerunt: Quid ad nos? tu videris. Et proiectis argenteis in templo, receſsit, & abiens laqueo ſe ſuſpendit. Principes autem ſacerdotum acceptis ar-
.III. genteis, dixerunt: Non licet eos mittere in corbonam, quia prætium ſanguinis eſt. Conſilio autē inito, emerunt ex illis agrum figuli in ſepulturam peregrinorum: propter hoc vocatus eſt ager ille, Haceldema, hoc eſt ager ſanguinis vſque in hodiernum diem. Tunc impletum eſt quod dictum eſt per Hieremiam prophetam dicentem: Et acceperunt triginta argenteos, præcium appræciati quem appræciauerunt a filijs Iſrael, & dederunt eos in agrum figuli ſicut conſtituit mihi Dominus. D Addu-
XIIII. cunt ergo Ieſum à Caipha in prætorium. Erat autem mane, & ipſi non introierunt in prętorium, vt non contaminarentur, ſed vt manducarent Paſcha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras

foras, & dixit: Quam accusationem afferris aduersus hominem hunc? Responderunt & dixerunt ei: Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. Dixit ergo eis Pilatus, Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudæi: Nobis non licet interficere quenquàm, vt sermo Iesu impleretur quem dixit, significans qua morte esset moriturus. *C* Cœperunt autem illum accusare dicentes: Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dari Cęsari, & dicentem se Christum Regem esse. *D* Introiuit ergo iterum in prætorium Pilatus, & vocauit Iesnm. [*a* Iesus autem stetit ante præsidem, & interrogauit eum præses,] & dixit ei: Tu es Rex Iudæorum? Respondit Iesus. A temetipso hoc dicis an alij tibi dixerunt de me? Respondit Pilatus: Nunquid ego Iudæus sum? Gens tua & Pontifices tradiderunt te mihi, Quid fecisti? Respondit

Iesus

Iesus: Regnum meum non est de hoc mundo, si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei vtiq; decertarent vt non traderer Iudæis. Nunc autem regnum meũ non est hinc. Dicit itaq; ei Pilatus: Ergo rex es tu? Respondit Iesus: Tu dicis quia Rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum vt testimonium perhibeam veritati: omnis qui est ex veritate audit vocem meam. Dicit ei Pilatus: Quid est veritas? Et cum hoc dixisset, iterum exiuit ad Iudæos, & dicit eis: Ego nullam inuenio in eo
XV. causam. Est autẽ consuetudo vobis vt vnum dimittam vobis in Pascha: Vultis ergo dimittam vobis Regem Iudæorum? Clamauerunt rursum omnes dicentes: Non hunc, sed Barrabam. Erat autẽ Barrabas latro. C Et illi inualescebant dicentes, Commouit populum, docens per vniuersam Iudæam, incipiens a Galilæa vsque huc. Pilatus autem audiens Galilæam, interrogauit si homo Galilæus

eſſet, & vt cognouit quòd de Herodis poteſtate eſſet, remiſit eũ ad Herodem, qui & ipſe Hieroſolymis erat illis diebus. Herodes autem viſo Ieſu gauiſus eſt valde. Erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, eo quòd audiret multa de eo, & ſperabat ſignum aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autem eum multis ſermonibus. At ipſe nihil illi reſpondebat. Stabant autem Principes ſacerdotum & ſcribæ conſtanter accuſantes eum. Spreuit autem illum Herodes cum exercitu ſuo, & illuſit indutum veſte alba, & remiſit ad Pilatum. Et facti ſunt amici Pilatus & Herodes in ipſa die. Nam antea inimici erant ad inuicem. *B* Et accuſa- XVI.
bant eum ſummi ſacerdotes in multis. *A* Et cum accuſaretur a Principibus ſacerdotum, & ſenioribus, nihil reſpondit: Tunc dicit illi Pilatus: Non audis quanta aduerſum te dicunt teſtimonia? *B* Non reſpondes quicquam? Vide in quantis te accu-

ſant. Ieſus autem amplius nihil reſpondit *A* ei ad vllum verbum, ita vt miraretur Præſes vehementer. *C* Pilatus autem conuocatis Principibus ſacerdotum, & magiſtratibus, & plebe, dixit ad illos: Obtuliſtis mihi hunc hominem, quaſi auertentem populum, & ecce coram vobis interrogans, nullam cauſam inuenio in homine iſto ex his in quibus eum accuſatis: ſed neque Herodes: nam remiſi vos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum eſt ei: emendatum ergo illum dimittam. *A* Per diē autem ſolemnē conſueuerat, [*c* neceſse habebat] præſes populo dimittere vnum vinctum, [*b* quemcunque petijſſent.] Habebat autem tunc vinctum inſignem, qui dicebatur Barrabas, *B* qui cum ſeditioſis erat vinctus, qui in ſeditione fecerat homicidium. Et cum aſcendiſſet turba, cœpit rogare ſicut ſemper faciebat. *A* Congregatis ergo illis dixit Pilatus: Quem vultis dimittam vobis,

Barrabam an Iesum qui dicitur Christus? Sciebat enim quòd per inuidiã tradidissent eum [b summi sacerdotes.] Principes autem sacerdotum & seniores [b concitauerunt turbã,] persuaserunt populo vt [b magis] peterent Barrabam, Iesum verò perderent. Respondens autem præses ait illis: Quem vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt: Barrabam. c Exclamauit autem vniuersa turba dicens. Tolle hunc, & dimitte nobis Barrabam. Iterum autem Pilatus locutus est ad eos, volens dimittere Iesum. a Quid igitur faciã de Iesu qui dicitur Christus? Dicunt omnes, Crucifigatur. c & succlamabant dicentes: Crucifige, Crucifige eum. Ille autem tertiò dixit ad illos: Quid enim mali fecit iste? nullã causam mortis inuenio in eo: corripiam ergo illum & dimittam. At illi instabant vocibus magnis, postulantes vt crucifigeretur, & inualescebant voces eorum. a Et magis clamabant

Pontificis ſeruum, & abſcidit auricu lam eius dexteram. Erat autem nomen ſeruo Malchus. *c* Reſpondens autem Ieſus ait: Sinite vſque huc,& cum tetigiſſet auriculam eius, ſanauit eum. *A* Tũc [*d* dixit Ieſus Petro] Conuerte gladium tuum in locum ſuum: [*d* mitte gladium tuum in vaginam.] Omnes enim qui acceperint gladium,gladio peribunt. [*d* Calicem quem dedit mihi pater nõ vis vt bibam illum?] An putas quia non poſſum rogare patrem meum,& exhibebit mihi modò pluſquàm duodecim legiones Angelorum?Quomodo ergo implebuntur ſcripturæ? quia ſic opportet fieri.In illa hora dixit Ieſus turbis [*c* & ad eos qui venerant ad ſe principes ſacerdotum,& magiſtratus templi, & ſeniores.] Tanquam ad latronem exiſtis cum gladijs & fuſtibus,[*b* & lignis] comprehendere me: quotidie apud vos ſedebam docens in templo, & non me tenuiſtis,[*c* non extendiſtis manus in me:

ſed

ſed hęc eſt hora veſtra,& poteſtas te-
nebrarum.] Hoc autem totum factū
eſt, vt adimplerentur ſcripturæ pro-
phetarum. Tunc diſcipuli omnes, re-
licto eo fugerunt. *B* Adoleſcens au-
tem quidam ſequebatur eū amictus
ſindone ſuper nudo, & tenuerunt eū:
At ille relicta ſindone nudus profu-
git ab eis. *D* Cohors autem, & tri-
bunus,& miniſtri Iudæorum compræ
henderunt Ieſum,& ligauerunt eum,
& adduxerunt eum ad Annam pri-
mùm, erat enim ſocer Caiphæ, qui
erat Pontifex anni illius. Erat autem
Caiphas qui conſilium dederat Iu-
dæis, quia expedit vnum hominem
mori pro populo. *A.* At illi tenentes
Ieſum, duxerunt ad Caipham princi
pem ſacerdotum vbi [*b* omnes ſacer
dotes, &] ſcribæ, & ſeniores conue-
nerant. *D.* Sequebatur autem Ieſum XI.
Simon Petrus, [*a* à longe,] & alius
diſcipulus, Diſcipulus autem ille e-
rat notus Pontifici, & intrauit cum
Ieſu in atrium Pontificis. Petrus au-

tem ſtabat ad oſtium foris. Exiuit ergo diſcipulus alius qui erat notus Pontifici, & dixit oſtiariæ, & introduxit Petrum *A* vſq; in atrium Principis ſacerdotum, & ingreſſus intrò, ſedebat cum miniſtris vt videret finem. *D.* Pontifex ergo interrogauit Ieſum de diſcipulis ſuis, & de doctrina eius. Reſpondit ei Ieſus, Ego palã locutus ſum mũdo, ego ſemper docui in ſynagoga, & in tẽplo quo omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus ſum nihil: Quid me interrogas? interroga eos qui audierunt quid locutus ſum ipſis, ecce hi ſciunt quæ dixerim ego. Hæc autem cum dixiſſet, vnus aſſiſtens miniſtrorum dedit alapam Ieſu, dicens: Sic reſpondes Pontifici? Reſpõdit ei Ieſus: Si male locutus ſum, teſtimoniũ perhibe de malo: ſi autem bene, quid me cædis? Et miſit eum Annas ligatum ad Caipham Pontificem. *A* Principes autẽ ſacerdotum, & omne cõcilium, quærebant falſum teſtimonium cõtra Ie-

ſum

ſum, vt eum morti traderent, & non
inuenerunt, cum multi falſi teſtes ac-
ceſſiſſent. *B* Multi autem falſum te-
ſtimonium dicebant aduerſus eum,
& conuenientia teſtimonia non erãt.
A Nouiſſime autem venerũt duo fal-
ſi teſtes, & dixerunt: Hic dixit, Poſ-
ſum deſtruere templum Dei, & poſt
triduum reædificare illud. *B* Nos au-
diuimus eum dicentem: Ego diſſol-
uam templum hoc manufactum, &
poſt triduum aliud non manufactum
ædificabo. Et non erat conueniens
teſtimonium illorum. *A* Et ſurgens
Princeps ſacerdotum [*b* in mediũ]
ait illi: Nihil reſpondes ad ea quæ
iſti aduerſum te teſtificantur? [*b* Nõ
reſpondes quicquam ad ea quæ ti-
bi obijciuntur ab his?] Ieſus autem
tacebat [*b* & nihil reſpõdit. Et [*b* rur
ſum] Princeps ſacerdotum ait illi:
Adiuro te per Deum viuum, vt dicas
nobis, ſi tu es Chriſtus filius Dei
[*b* benedicti.] Dicit illi Ieſus: Tu di-
xiſti, [*b* ego ſum.] Veruntamen di-

co vobis, Amodo videbitis filium hominis stãtem a dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli. Tunc Princeps sacerdotum scidit vestimẽta sua, dicens: Blasphemauit, quid adhuc egemus testibus? [*b* quid adhuc desideramus testes?] Ecce nunc audistis blasphemiam: quid vobis videtur? [*b* Qui omnes condemnauerunt eum reum esse mortis.] & respõdentes dixerunt: Reus est mortis. Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eum ceciderunt: Alij autem palmas in faciem eius dederũt. *c* Et viri qui tenebant eum, illudebant ei cædentes. Et velauerunt eũ, & percutiebant faciem eius, & interrogabant eum dicentes: Prophetiza [*a* nobis Christe,] quis est qui te percussit? Et alia multa blasphemantes dicebant in eum.

XII. *c*. Accenso autẽ igne in medio atrij [*b* deorsum,] & circumsedentibus ministris, erat Petrus in medio eorũ. *B* Et sedebat cum illis ad ignem, & cale-

calefaciebat se. Et venit ad eum vna ex ancillis summi sacerdotis, [*d* ancilla ostiaria,] & cum vidisset Petrũ calefacientem se, *C* Sedentem ad lumen,& eum fuisset intuita,dixit. Et hic cum illo erat. *B* Et aspiciens illum ait: Et tu cum Iesu Nazareno eras. *D* Nunquid & tu ex discipulis es hominis istius? *A* At ille negauit coram omnibus,dicens: *D* Non sum: *C* Mulier non noui illum: *A* Nescio quid dicis: *B* Neque scio,neque noui quid dicas. Et exijt foras ante atrium,& gallus cantauit. *D.* Stabãt autem serui & ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant se. Erat autem cũm eis Petrus stans & calefaciens se. *B* Rursus autem cum vidisset eum [*a* alia] ancilla, cœpit dicere circunstantibus: Quia hic ex illis est: *A* Et hic erat cum Iesu Nazareno. *C* Et alius videns eum, dixit: Et tu de illis es. *D* Dixerunt ergo ei: Nunquid & tu ex discipulis eius es? *A* Et iterum negauit cum iu-

ramento ; quia non noui hominem. D Negauit ille, & dixit: Non sum: C O homo nō sum. A Et post pusillū: C interuallo facto quasi horæ vnius, alius quidē affirmabat dicens, Vere & hic cum illo erat; Nam & Galilæus est: Et ait Petrus: homo nescio quid dicis. D Dicit ei vnus ex seruis Pontificis, cognatus eius cuius abscidit Petrus auriculam: Nonne ego te vidi in horto cum illo? B Rursus qui astabāt dicebant Petro: Vere [a & tu] ex illis es: nam & Galilæus es [a & loquela tua manifestum te facit.] Ille autem [a tunc] cœpit anathematizare, [a detestari,] & iurare [a quia non noui hominem ;] quia nescio hominem istum quem dicitis. C Et continuo adhuc illo loquente, gallus [b iterum] cantauit. Et conuersus Dominus respexit Petrum. Et recordatus Petrus verbi Domini [a Iesu] sicut dixerat [a illi,] quia priusquam gallus cantet [b bis] ter me negabis. [b Et cœpit flere.] Et

egressus foras Petrus, fleuit amare.
Et [*b* confestim mane] vt factus est
dies conuenerunt, *A* consilium inie-
runt omnes Principes sacerdotum
& seniores populi [*c* & scribæ] ad-
uersus Iesum, vt eum morti traderet.
C Et duxerunt eum in concilium suũ, XIII.
dicentes: Si tu es Christus, dic no-
bis. Et ait illis: Si vobis dixero, non
credetis mihi: si autem & interro-
gauero, non respondebitis mihi, ne-
que dimittetis. Ex hoc autem erit fi-
lius hominis sedens a dextris virtu-
tis Dei. Dixerunt autem omnes: Tu
ergo es filius Dei? Qui ait: Vos dici-
tis, quia ego sum. At illi dixerunt:
Quid adhuc desideramus testimo-
nium? Ipsi enim audiuimus de ore
eius. Et surgẽs omnis multitudo eo-
rum, [*b* vincientes Iesum,] ducunt il
lum. *A* & vinctum tradiderunt Pon-
tio Pilato præsidi. Tunc videns Iudas,
qui eum tradidit, quòd damnatus es-
set, pœnitentia ductus, retulit trigin
ta argenteos Principibus sacerdotũ
&

& senioribus dicens: Peccaui tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt: Quid ad nos? tu videris. Et proiectis argenteis in templo, recessit, & abiens laqueo se suspendit. Princi
pes autem sacerdotum acceptis ar-
XIII. genteis, dixerunt: Non licet eos mittere in corbonam, quia prætium sanguinis est. Consilio autē inito, emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum: propter hoc vocatus est ager ille, Haceldema, hoc est ager sanguinis vsque in hodiernum diem. Tunc impletum est quod dictum est per Hieremiam prophetam dicentem: Et acceperunt triginta argenteos, præcium appræciati quem appræciauerunt a filijs Israel, & dederunt eos in agrum figuli sicut constituit mihi Dominus. D Addu-
XIIII. cunt ergo Iesum à Caipha in prætorium. Erat autem mane, & ipsi non introierunt in prętorium, vt non contaminarentur, sed vt manducarent Pascha. Exiuit ergo Pilatus ad eos
foras

foras, & dixit: Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc? Responderunt & dixerunt ei: SI non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. Dixit ergo eis Pilatus, Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudæi: Nobis non licet interficere quenquàm, vt sermo Iesu impleretur quem dixit, significans qua morte esset moriturus. *c* Cœperunt autem illum accusare dicentes: Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dari Cęsari, & dicentem se Christum Regem esse. *D* Introiuit ergo iterum in prætorium Pilatus, & vocauit Iesnm. [*a* Iesus autem stetit ante præsidem, & interrogauit eum præses,] & dixit ei: Tu es Rex Iudæorum? Respondit Iesus. A temetipso hoc dicis an alij tibi dixerunt de me? Respondit Pilatus: Nunquid ego Iudæus sum? Gens tua & Pontifices tradiderunt te mihi, Quid fecisti? Respondit

Ieſus: Regnum meum non eſt de hoc mundo, ſi ex hoc mundo eſſet regnum meum, miniſtri mei vtiq; decertarent vt non traderer Iudæis. Nunc autem regnum meũ non eſt hinc. Dicit itaq; ei Pilatus: Ergo rex es tu? Reſpondit Ieſus: Tu dicis quia Rex ſum ego. Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum vt teſtimonium perhibeam veritati: omnis qui eſt ex veritate audit vocem meam. Dicit ei Pilatus: Quid eſt veritas? Et cum hoc dixiſſet, iterum exiuit ad Iudæos, & dicit eis: Ego nullam inuenio in eo
XV. cauſam. Eſt autẽ conſuetudo vobis vt vnum dimittam vobis in Paſcha: Vultis ergo dimittam vobis Regem Iudæorum? Clamauerunt rurſum omnes dicentes: Non hunc, ſed Barrabam. Erat autẽ Barrabas latro. C Et illi inualeſcebant dicentes, Commouit populum, docens per vniuerſam Iudæam, incipiens a Galilæa vſque huc. Pilatus autem audiens Galilæam, interrogauit ſi homo Galilæus

esset, & vt cognouit quòd de Herodis potestate esset, remisit eũ ad Herodem, qui & ipse Hierosolymis erat illis diebus. Herodes autem viso Iesu gauisus est valde. Erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, eo quòd audiret multa de eo, & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autem eum multis sermonibus. At ipse nihil illi respondebat. Stabant autem Principes sacerdotum & scribæ constanter accusantes eum. Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo, & illusit indutum veste alba, & remisit ad Pilatum. Et facti sunt amici Pilatus & Herodes in ipsa die. Nam antea inimici erant ad inuicem. *B* Et accusa- XVI.
bant eum summi sacerdotes in multis. *A* Et cum accusaretur a Principibus sacerdotum, & senioribus, nihil respondit: Tunc dicit illi Pilatus: Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? *B* Non respondes quicquam? Vide in quantis te accusant.

Barrabam an Iesum qui dicitur Chri
stus? Sciebat enim quòd per inuidiã
tradidissent eum [b summi sacerdo-
tes.] Principes autem sacerdotum
& seniores [b concitauerunt turbã,]
persuaserunt populo vt [b magis]
peterent Barrabam, Iesum verò per-
derent. Respondens autem præses
ait illis: Quem vultis vobis de duo-
bus dimitti? At illi dixerunt: Barra-
bam. c Exclamauit autem vniuersa
turba dicens. Tolle hunc, & dimitte
nobis Barrabam. Iterum autem Pi-
latus locutus est ad eos, volens di-
mittere Iesum. a Quid igitur faciã
de Iesu qui dicitur Christus? Dicunt
omnes, Crucifigatur. c & succlama-
bant dicentes: Crucifige, Crucifige
eum. Ille autem tertiò dixit ad illos:
Quid enim mali fecit iste? nullã cau-
sam mortis inuenio in eo: corripiam
ergo illum & dimittam. At illi insta-
bant vocibus magnis, postulantes
vt crucifigeretur, & inualescebant
voces eorum. a Et magis clama-
bant

bant dicentes: Crucifigatur: *B* Crucifige eum. *D* Tunc ergo apprehen-
Io.19 dit Pilatus Iesum, & flagellauit. Et
XVII *A* milites præsidis suscipientes Iesum in prætorio, [*b* duxerunt eum in atrium prætorij, &] congregauerunt ad eum vniuersam cohortẽ, & exuentes eum, [*d* veste purpurea circundederunt eum,] & plectentes coronam de spinis posuerunt super caput eius, & arundinem in dextera eius, & genuflexo ante eũ illudebant ei [*b* & cœperunt salutare eũ] dicentes. Aue Rex Iudæorum. Et expuentes in eum acceperunt arundinem & percutiebant caput eius *B* arundine, & ponentes genua adorabant eum: *D* Et dabant ei alapas. Exiuit iterum Pilatus foras, & dicit eis: Ecce adduco vobis eũ foras, vt cognoscatis, quia nullam inuenio in eo causam. Exiuit ergo Iesus portans coronam spineã, & purpureum vestimentum: & dicit eis: Ecce homo. Cum ergo vidissent eum Põtifices & ministri, clamabãt,

dicentes : Crucifige, crucifige eum.
Dicit eis Pilatus : Accipite eum vos
& crucifigite : ego enim non inuenio
in eo causam. Responderunt Iudæi:
Nos legem habemus, & secundum
legem debet mori, quia filium Dei se
fecit. Cum ergo audisset Pilatus
hunc sermonem, magis timuit : & in-
gressus est prætorium iterum, & dicit
ad Iesum : Vnde es tu? Iesus autem
responsum non dedit ei. Dicit ergo
ei Pilatus ; Mihi non loqueris? Ne-
scis quia potestatem habeo crucifi-
gere te, & potestatem habeo dimitte
re te? Respondit Iesus : Non haberes
potestatem aduersum me vllam, nisi
tibi datum esset desuper : propterea
qui me tradidit tibi, maius peccatũ XIX
habet. Et exinde quærebat Pilatus
dimittere eum. Iudæi autem clama-
bant dicentes : Si hunc dimittis, non XX
es amicus Cæsaris. Omnis enim qui
se Regem facit, contradicit Cæsari.
Pilatus autem cum audisset hos ser-
mones, adducit foras Iesum, & sedit

pro tribunali in loco qui dicitur Li-
thoſtrotos, Hebraice autem Gabba-
tha. *M* Sedente autem illo pro tri-
bunali, miſit ad eum vxor eius dicẽs:
Nihil tibi & iuſto illi, multa enim paſ
ſa ſum hodie per viſum propter eum.
D Erat autem paraſceue Paſchæ ho-
XXI ra quaſi ſexta: Et dicit Iudæis: Ecce
Rex veſter. Illi autẽ clamabant: Tolle
tolle, crucifige eũ. Dicit eis Pilatus:
Regem veſtrum crucifigam? Reſpon-
derunt ei Pontifices: Non habemus
Regem, niſi Cæſarem. *A* Videns au-
XXII tẽ Pilatus, quia nihil proficeret, ſed
magis tumultus fieret: accepta aqua,
lauit manus coram populo, dicens:
Innocẽs ego ſum à ſanguine Iuſti hu
XXIII ius: Vos videritis. Et reſpondens vni-
uerſus populus, dixit: Sanguis eius
ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Tũc
XXIV *B* Pilatus volens populo ſatisfacere,
C adiudicauit fieri petitionem eorũ.
Dimiſit autem illis eum, qui propter
homicidium & ſeditionẽ miſſus fue-
rat in carcerem, [*a* Barrabam] quẽ
petebant.

petebant. Iesum vero [*b* flagellis cæ-
sum,] tradidit voluntati eorum, *a* vt
crucifigeretur. *D* Susceperunt autem
Iesum *B* Milites, & postquàm illuse-
runt ei, exuerunt illum purpura, &
induerunt eum vestimentis suis, &
educunt illum vt crucifigerent eum.
D Et baiulans sibi crucem, exiuit in
eum qui dicitur Caluariæ locum, He XXIII
braice autem, Golgota. *A* Exeun-
tes autem, [*c* & cum ducerent eum,]
inuenerunt hominem Cyreneum, no-
mine Simonem, [*b* venientem de vil-
la, patrem Alexandri & Ruffi:] hunc
angariauerunt, vt tolleret crucem e-
ius. *C* Et imposuerunt illi crucem
portare post Iesum. Sequebatur au-
tem illum multa turba populi & mu-
lierum, quæ plangebant, & lamen-
tabantur eum. Conuersus autem ad
illas Iesus, dixit: Filiæ Hierusalem no
lite flere super me, sed super vos ip-
sas flete, & super filios vestros: quo-
niam ecce venient dies, in quibus di
cent: Beatæ steriles, & ventres qui nõ

genuerunt, & vbera quæ non lactaue
runt. Tunc incipiẽt dicere montibus:
Cadite super nos, & collibus, operite
nos: quia si in viridi ligno hæc faciũt,
in arido quid fiet? Ducebantur autẽ
& alij duo nequàm cum eo vt interfi-
cerentur. A Et venerunt in locũ qui
dicitur Golgota, quod est [b inter-
pretatum] Caluariæ locus. Et dede-
runt ei vinum bibere [b mirrhatum]
cum felle mixtum. Et cum gustasset
noluit bibere. B Et non accepit. Erat
autem hora tertia & [c ibi] crucifi-
xerunt eum, D Et cum eo alios duos
[c latrones] hinc & hinc, C Vnum a
dextris & alterum a sinistris B eius,
D medium autẽ Iesum. B Et impleta
est scriptura quæ dicit: Et cũ iniquis
reputatus est. D Scripsit autem & ti-
XXIIII tulum [b causæ eius] Pilatus, & po-
suit super crucem. Erat autem scri-
ptum. Iesus Nazarenus Rex Iudæo-
rum. Hunc ergo titulũ multi Iudæo-
rum legerunt: quia prope ciuitatem
erat locus, vbi crucifixus est Iesus: &
erat

erat ſcriptum Hebraicè, Græcè, & Latinè. Dicebant ergo Pilato pontifices: Noli ſcribere Rex Iudæorum: ſed quia ipſe dixit, Rex ſum Iudæorum. Reſpondit Pilatus: Quod ſcripſi ſcripſi. Milites ergo cum crucifixiſ-
ſent eum, acceperunt veſtimenta e- XXV
ius, & fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem, [*b* mittentes ſortem ſuper eis, quis quid tolleret,] & tunicam. Erat autem tunica inconſutilis deſuper contexta per totum: Dixerunt ergo adinuicem: Non ſcindamus eam: ſed ſortiamur de illa cuius ſit, vt impleretur ſcriptura dicẽs, Partiti ſunt veſtimenta mea ſibi, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. Et milites quidẽ hæc fecerunt. *A* Et ſedentes ſeruabant eum. Prætereuntes autem blaſphemabant eum, mouentes capita ſua, & dicentes: Vah qui deſtruis templum Dei, & in triduo illud reedificas, ſalua temetipſum: Si filius Dei es, deſcende de cruce. Similiter & principes ſacerdo-

tum illudentes[*b* ad alterutrum,] cũ scribis & senioribus, dicebant: Alios saluos fecit: seipsum non potest saluum facere: Si Rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credemus ei: [*c* se saluum faciat si hic est Christus Dei electus:] confidit in Deo: liberet nunc eum si vult: Dixit enim: quia filius Dei sum. *B* Christus Rex Israel descendat nunc de cruce, vt videamus, & credamus. *C* Iesus autem dicebat: Pater, dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt. Et stabat populus expectans. Illudebant autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes ei, & dicẽtes: Si tu es Rex Iudæorum saluum te fac. *A* Idipsum autem & latrones qui crucifixi erant cum eo, improperabant, *B* & conuiciebantur ei. *C* Vnus autem de his, qui pendebant latronibus blasphemabat eum, dicens: Si tu es Christus saluum fac teipsum & nos. Respondens autem alter, increpabat eum, dicens: Neque tu times Deum, quòd

in eadē damnatione es? Et nos quidem iustè: nam digna factis recipimus: hic vero nihil mali gessit. Et dicebat ad Iesum: Domine memento mei, cum veneris in regnum tuum. Et dixit illi Iesus: Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso. D Stabant autem iuxta crucem Iesu, mater eius, & soror matris eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalenæ. Cum vidisset ergo Iesus matrem, & discipulum stantem, quem diligebat, dicit matri suæ: Mulier ecce filius tuus. Deinde dixit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam. C Erat autem fere hora sexta, & tenebræ factæ sunt in vniuersam terrā, vsque in horam nonam, & obscuratus est sol. A Et circa horam nonam clamauit Iesus voce magna, dicens: Eli eli lamazabachtani, hoc est, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? Quidam autem illic stantes, & audientes, dicebant, [b Ecce] Eliam vocat
 iste.

iste. D Postea sciens Iesus, quia om-
nia iam consummata sunt, vt con-
XXVI summaretur scriptura, dixit: Sitio.
Vas autem erat positum aceto ple-
num. Illi autem spongiam plenam
aceto, hyssopo circumponentes ob-
tulerunt ori eius. A Et continuo cur
rens vnus ex eis, acceptam spongiã
impleuit aceto, & imposuit arundini
& dabat ei bibere. Cæteri vero dice-
bant: Sine videamus an veniat Elias
liberans eum. D Cum ergo accepis-
set Iesus acetum, dixit: Consumma-
tum est. Et A iterum clamans voce
magna, C ait: Pater in manus tuas
commendo spiritum meum. Et hæc
dicens, D Inclinato capite tradidit
spiritum. A Et ecce velum templi
scissum est in duas partes, à summo
vsque deorsum, & terra mota est, &
petræ scissæ sunt, & monumenta aper
ta sunt, & multa corpora sanctorum
qui dormierant, surrexerunt: & ex-
euntes de monumentis post resurre-
ctionem eius, venerunt in sanctam ci

uitatem,

uitatem, & apparuerunt multis. Centurio autem, [*b* qui ex aduerſo ſtabat, *c* videns quod factum fuerat, *b* quia ſic clamans expiraſſet, *c* glorificauit Deum, dicens: Verè hic homo Iuſtus erat; *b* Vere filius Dei erat.] Et qui cum eo erant, cuſtodientes Ieſum, viſo terræmotu, & his quæ fiebant, timuerunt valde, dicentes: Vere filius Dei erat iſte. *C* Et omnis turba eorum qui ſimul aderant ad ſpectaculum iſtud, & videbant quæ fiebant, percutientes pectora ſua reuertebantur. Stabant autem [*a* ibi] omnes noti eius, & *A* mulieres multæ à longe, quæ ſecutæ erant eum à Galilæa, miniſtrantes ei, inter quas
erant Maria Magdalenæ & Maria Ia- XXVII
cobi [*b* minoris] & Ioſeph mater, & mater filiorum Zebedæi, *B* Et Salome, & aliæ multæ quæ ſimul cum eo aſcenderant Hieroſolymam, *C* hæc videntes. *D* Iudæi ergo (quoniam paraſceue erat) vt non remanerent in cruce corpora ſabbato, (erat enim

magnus

magnus dies ille sabbati) rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius, qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum autem cum venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura: sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit sanguis & aqua. Et qui vidit testimonium perhibuit; & verum est testimoniũ eius, & ille scit quia vera dicit, vt & vos credatis: facta sunt enim hæc, vt scriptura impleretur: Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura: Videbunt in quem transfixerunt. Post hæc auté,
XXVII *B* Et cum iam sero factũ esset, (quia erat parasceue, quod est ante sabbatum:) *A* Venit quidam homo diues ab Arimathæa, [*c* ciuitate Iudææ] nomine Ioseph, [*b* nobilis decurio, *c* vir bonus & iustus,] qui & ipse discipulus erat Iesu, *D* occultus autem propter metum Iudæorum. *C* Hic nó con-


consenserat consilio & actibus eorũ:
B qui & ipse erat expectans regnum
Dei. Et audacter introiuit ad Pilatũ
& petijt [d vt tolleret] corpus Iesu.
Pilatus autẽ mirabatur si iam obijsset, & accersito Centurione, interrogauit eum, si iam mortuus esset. Et
cũ cognouisset a Centurionẽ, donauit corpus Ioseph, [a & iussit reddi.]
D Venit ergo [b Ioseph,] & [b mercatus sindonem, & deponens eum]
tulit corpus Iesu, [a & Inuoluit illud
in sindone munda.] Venit autem &
Nicodemus, qui venerat ad Iesum
nocte primum, ferens mixturam myrrhę & aloes quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligauerunt illud linteis cum aromatibus,
sicut mos est Iudęis sepelire. Erat autem in loco vbi crucifixus est, hortus:
& in horto monumentũ nouum [a Ioseph, quod exciderat in Petra,] in
quo nondum quisquam positus fuerat: Ibi ergo propter parasceuem Iudæorum, quia iuxta erat monumen-
tum

tum, posuerunt Iesum. *A* Et aduoluit Ioseph [*b* lapidem] saxum magnum ad ostium monumēti, & abijt. Erat autem ibi Maria Magdalenæ, & altera Maria [*b* Ioseph,] sedentes contra sepulchrum: *B* Aspiciebant vbi poneretur. *C* Et dies erat parasceues,& sabbatū illucescebat. Subsecutæ autem mulieres, quæ cum eo venerant de Galilæa, viderunt monumentum, & quemadmodum positum erat corpus eius. Et reuertentes parauerunt aromata & vnguenta, & sabbato quidem siluerunt secundum mandatum. *A* Altera autem die quę est post parasceuem, conuenerunt principes sacerdotum, & Pharisæi ad Pilatum, dicentes: Domine, recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc viuens, post tres dies resurgam: Iube ergo custodiri sepulchrum vsque in diem tertium: ne forte veniant discipuli eius, & furentur eum, & dicant plebi: surrexit a mortuis, & erit nouissimus er-

 ror

ror peior priore . Ait illis Pilatus: habetis cuſtodiam: Ite, cuſtodite ſicut ſcitis. Illi autem abeuntes , munierunt ſepulchrum, ſignantes lapidem cum cuſtodibus.





ANNOTATIONES

In Superiorem contextum Paſsionis Dominicæ, ad hiſtoriæ intelligentiam, ac rationem connexionis & ordinis contextus.

ANNOTATIO I.

CVm [d ante ſex dies Paſchæ] Ieſus eſſet in Bethania. Notandum in primis & aduertendum, quòd vnctio iſla vel effuſio vnguenti, cuius Mattheus, & Marcus in principio deſcriptionis paſsionis Dominicæ, poſtquàm narrarunt principes ſacerdotum in illo biduo ante Paſcha prius ab eis expreſſo, feria ſcilicet quarta poſt Dominicam Palmarum in necem Chriſti Domini congregatos, & ante narrationem profectionis Iudæ Iſcariotis ad eos, vt illum eis conuento præcio traderet, meminerunt, non deſcribitur ab ipſis Matthæo, & Marco tanquàm res connexa

Matt. 26. Marc. 19. Io. 12.

nexa præcedẽtibus illorum verbis, & quæ contigerit in illo biduo: sed tanquàm antea facta & celebrata, idq; vt notarent causam seu occasionem, quæ Iudam mouit ad abeũdum ad ipsos principes sacerdotum, sicut postea immediate narrant & subnectunt. Quia vero nostrum præcipuum institutum est, historiam passionis Domini nostri Iesu Christi pro faciliori illius comprehensione, memoria & meditatione, eo quo processit, seu processisse credimus ordine contexere, & ob oculos ponere, vt in præfatione significauimus: Ideo ab illa vnctione & effusione vnguẽti operæpretium visum est narrationem inchoare. Certò autem præsupponentes & tenentes cum Augustino lib. 2. de consen. Euang. cap. 79. & cæteris latinis patribus, ipsam vnctionem eamdem esse quam describit Ioãnes cap. 12. factam ante sex dies Paschæ a Maria Magdalena sorore Lazari & Marthæ; Propterea eius historiam ex prædictis tribus Euangelistis cõtexuimus & concinnauimus. Porro cum Ioannes illam narret ex primo instituto, nominat personas quæ interuenerunt, & specificat tempus, quo celebrata est: Matthæus vero & Marcus loquuntur de illa, vt insinuarent [illegible] notarẽt causam quam Iudas habuit Christum vendendi,

dendi, & ad principes sacerdotum ad hũc effectum abeundi, & occasionem quam Diabolus arripuit vt ipsum Iudam ad tan tũ facinus stimularet & impelleret; hocq; vt facerent, reuersi sunt (sicut sæpe ab eis fieri solet) ad describendum quod antea præcesserat in Bethania: quo descripto re deunt immediatè ad continuationem nar rationis historiæ intermissæ ordine quo fa cta est, dicentes: *Tunc abijt Iudas Ischariotes vnus de duodecim ad principes sacerdotum.* Sed quia non expresserunt Iudam hoc fecisse instigante Diabolo: Ideo hoc subnexuimus per textum Lucæ, simul & factum, & factorem, ac impulsorem exprimentis, & dicentis: *Intrauit autem Sathanas in Iudam qui cognominabatur Ischariotes, & abijt, & locutus est cum principibus sacerdotum.* Tunc vero intrauit Sathanas in Iudam quando exasperatus & indignatus supradicta vnguenti profusione in pedes & caput Christi, cogitationes iniquas inspiran te & suadente diabolo cõcepit, acceptum in illa damnũ & iacturam vẽditione Magi stri sarcire: Si enim vnguentũ conseruatũ, & Christo oblatum fuisset, potuisset illud, vt haberet vnde egenis aliquid daret, vendere, & partẽ præcii fraudare. Et postea sciens inimicos Christi vt supradictum est

genuerunt, & vbera quæ non lactaue runt. Tunc incipiẽt dicere montibus: Cadite super nos, & collibus, operite nos: quia si in viridi ligno hæc faciũt, in arido quid fiet? Ducebantur autẽ & alij duo nequàm cum eo vt interficerentur. *A* Et venerunt in locũ qui dicitur Golgota, quod est [*b* interpretatum] Caluariæ locus. Et dederunt ei vinum bibere [*b* mirrhatum] cum felle mixtum. Et cum gustasset noluit bibere. *B* Et non accepit. Erat autem hora tertia & [*c* ibi] crucifixerunt eum, *D* Et cum eo alios duos [*c* latrones] hinc & hinc, *C* Vnum a dextris & alterum a sinistris *B* eius, *D* medium autẽ Iesum. *B* Et impleta est scriptura quæ dicit: Et cũ iniquis reputatus est. *D* Scripsit autem & ti-
XXIIII tulum [*b* causæ eius] Pilatus, & posuit super crucem. Erat autem scriptum. Iesus Nazarenus Rex Iudæorum. Hunc ergo titulũ multi Iudæorum legerunt: quia prope ciuitatem erat locus, vbi crucifixus est Iesus: &
erat

erat ſcriptum Hebraicè, Græcè, &
Latinè. Dicebant ergo Pilato pontifices: Noli ſcribere Rex Iudæorum: ſed quia ipſe dixit, Rex ſum Iudæorum. Reſpondit Pilatus: Quod ſcripſi ſcripſi. Milites ergo cum crucifixiſſent eum, acceperunt veſtimenta e- XXV
ius, & fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem, [b mittentes ſortem ſuper eis, quis quid tolleret,] & tunicam. Erat autem tunica inconſutilis deſuper contexta per totum: Dixerunt ergo adinuicem: Non ſcindamus eam: ſed ſortiamur de illa cuius ſit, vt impleretur ſcriptura dicẽs. Partiti ſunt veſtimenta mea ſibi, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. Et milites quidẽ hæc fecerunt. A Et ſedentes ſeruabant eum. Prætereuntes autem blaſphemabant eum, mouentes capita ſua, & dicentes: Vah qui deſtruis templum Dei, & in triduo illud reedificas, ſalua temetipſum: Si filius Dei es, deſcende de cruce. Similiter & principes ſacerdo-

tum illudentes[*b* ad alterutrum,] cũ scribis & senioribus, dicebant: Alios saluos fecit: seipsum non potest saluum facere: Si Rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credemus ei: [*c* se saluum faciat si hic est Christus Dei electus:] confidit in Deo: liberet nunc eum si vult: Dixit enim: quia filius Dei sum. *B* Christus Rex Israel descendat nunc de cruce, vt videamus, & credamus. *C* Iesus autem dicebat: Pater, dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt. Et stabat populus expectans. Illudebant autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes ei, & dicẽtes: Si tu es Rex Iudæorum saluum te fac. *A* Idipsum autem & latrones qui crucifixi erant cum eo, improperabant, *B* & conuiciebantur ei. *C* Vnus autem de his, qui pendebant latronibus blasphemabat eum, dicens: Si tu es Christus saluum fac teipsum & nos. Respondens autem alter, increpabat eum, dicens: Neque tu times Deum, quòd

in eadẽ damnatione es? Et nos qui-
dem iustè: nam digna factis recipi-
mus: hic vero nihil mali gessit. Et di-
cebat ad Iesum: Domine memento
mei, cum veneris in regnum tuum. Et
dixit illi Iesus: Amen dico tibi, ho-
die mecum eris in Paradiso. *D* Sta-
bant autem iuxta crucem Iesu, mater
eius, & soror matris eius Maria Cleo
phæ, & Maria Magdalenæ. Cum vi-
disset ergo Iesus matrem, & discipu-
lum stantem, quem diligebat, dicit
matri suæ: Mulier ecce filius tuus.
Deinde dixit discipulo: Ecce mater
tua. Et ex illa hora accepit eam di-
scipulus in suam. *C* Erat autem fere
hora sexta, & tenebræ factæ sunt in
vniuersam terrã, vsque in horam no-
nam, & obscuratus est sol. *A* Et cir-
cà horam nonam clamauit Iesus vo-
ce magna, dicens: Eli eli lamazaba-
chtani, hoc est, Deus meus, Deus
meus, vt quid dereliquisti me? Qui-
dam autem illic stantes, & audien-
tes, dicebant, [*b* Ecce] Eliam vocat

iſte. D Poſtea ſciens Ieſus, quià om-
nia iam conſummata ſunt, vt con-
XXVI ſummaretur ſcriptura, dixit: Sitio.
Vas autem erat poſitum aceto ple-
num. Illi autem ſpongiam plenam
aceto, hyſſopo circumponentes ob-
tulerunt ori eius. A Et continuo cur
rens vnus ex eis, acceptam ſpongiã
impleuit aceto, & impoſuit arundini
& dabat ei bibere. Cæteri vero dice-
bant: Sine videamus an veniat Elias
liberans eum. D Cum ergo accepiſ-
ſet Ieſus acetum, dixit: Conſumma-
tum eſt. Et A iterum clamans voce
magna, C ait: Pater in manus tuas
commendo ſpiritum meum. Et hæc
dicens, D Inclinato capite tradidit
ſpiritum. A Et ecce velum templi
ſciſſum eſt in duas partes, à ſummo
vſque deorſum, & terra mota eſt, &
petræ ſciſſæ ſunt, & monumenta aper
ta ſunt, & multa corpora ſanctorum
qui dormierant, ſurrexerunt: & ex-
euntes de monumentis poſt reſurre-
ctionem eius, venerunt in ſanctam ci

uitatem, & apparuerunt multis. Cen
turio autem, [*b* qui ex aduerso sta-
bat, *c* videns quod factum fuerat,
b quia sic clamans expirasset, *c* glo-
rificauit Deum, dicens: Verè hic ho-
mo Iustus erat; *b* Vere filius Dei e-
rat.] Et qui cum eo erant, custodien-
tes Iesum, viso terræmotu, & his quæ
fiebant, timuerunt valde, dicentes:
Vere filius Dei erat iste. *C* Et omnis
turba eorum qui simul aderant ad
spectaculum istud, & videbant quæ
fiebant, percutientes pectora sua re-
uertebantur. Stabant autem [*a* ibi]
omnes noti eius, & *A* mulieres mul-
tæ à longe, quæ secutæ erant eum à
Galilæa, ministrantes ei, inter quas
erant Maria Magdalenæ & Maria Ia XXVII
cobi [*b* minoris] & Ioseph mater, &
mater filiorum Zebedæi, *B* Et Salo-
me, & aliæ multæ quæ simul cum eo
ascenderant Hierosolymam, *C* hæc
videntes. *D* Iudæi ergo (quoniam
parasceue erat) vt non remanerent
in cruce corpora sabbato, (erat enim

magnus dies ille sabbati) rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum autem cum venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura: sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit sanguis & aqua. Et qui vidit testimonium perhibuit; & verum est testimoniũ eius, & ille scit quia vera dicit, vt & vos credatis: facta sunt enim hæc, vt scriptura impleretur: Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura: Videbunt in quem transfixerunt. Post hæc autẽ,
IIVXX *B* Et cum iam sero factũ esset, (quia erat parasceue, quod est ante sabbatum:) *A* Venit quidam homo diues ab Arimathæa, [*c* ciuitate Iudææ] nomine Ioseph, [*b* nobilis decurio, *c* vir bonus & iustus,] qui & ipse discipulus erat Iesu, *D* occultus autem propter metum Iudæorum. *C* Hic nõ

consenserat consilio & actibus eorũ:
B qui & ipse erat expectans regnum
Dei. Et audacter introiuit ad Pilatũ
& petijt [*d* vt tolleret] corpus Iesu.
Pilatus autẽ mirabatur si iam obijs-
set, & accersito Centurione, interro-
gauit eum, si iam mortuus esset. Et
cũ cognouisset a Centurione, dona-
uit corpus Ioseph, [*a* & iussit reddi.]
D Venit ergo [*b* Ioseph,] & [*b* mer-
catus sindonem, & deponens eum]
tulit corpus Iesu, [*a* & Inuoluit illud
in sindone munda.] Venit autem &
Nicodemus, qui venerat ad Iesum
nocte primum, ferens mixturam myr-
rhę & aloes quasi libras centum. Ac-
ceperunt ergo corpus Iesu, & liga-
uerunt illud linteis cum aromatibus,
sicut mos est Iudęis sepelire. Erat au-
tem in loco vbi crucifixus est, hortus:
& in horto monumentũ nouum [*a* Io
seph, quod exciderat in Petra,] in
quo nondum quisquam positus fue-
rat: Ibi ergo propter parasceuem Iu-
dæorum, quia iuxta erat monumen-
tum


tum, posuerunt Iesum. A Et aduoluit Ioseph [b lapidem] saxum magnum ad ostium monumēti, & abijt. Erat autem ibi Maria Magdalenæ, & altera Maria [b Ioseph,] sedentes contra sepulchrum: B Aspiciebant vbi poneretur. C Et dies erat parasceues,& sabbatū illucescebat. Subsecutæ autem mulieres, quæ cum eo venerant de Galilæa, viderunt monumentum, & quemadmodum positum erat corpus eius. Et reuertentes parauerunt aromata & vnguenta, & sabbato quidem siluerunt secundum mandatum. A Altera autem die quę est post parasceuem, conuenerunt principes sacerdotum, & Pharisæi ad Pilatum, dicentes: Domine, recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc viuens, post tres dies resurgam: Iube ergo custodiri sepulchrum vsque in diem tertium: ne forte veniant discipuli eius, & furentur eum, & dicant plebi: surrexit a mortuis, & erit nouissimus er-

ror

ror peior priore. Ait illis Pilatus: habetis cuſtodiam: Ite, cuſtodite ſicut ſcitis. Illi autem abeuntes, munierunt ſepulchrum, ſignantes lapidem cum cuſtodibus.







ANNOTATIONES

In Superiorem contextum Paſsionis Dominicæ, ad hiſtoriæ intelligentiam, ac rationem connexionis & ordinis contextus.

ANNOTATIO I.

CVm [*d* ante ſex dies Paſchæ] Ieſus eſſet in Bethania. Notandum in primis & aduertendum, quòd vnctio illa vel effuſio vnguenti, cuius Mattheus, & Marcus in principio deſcriptionis paſsionis Dominicæ, poſtquàm narrarunt principes ſacerdotum in illo biduo ante Paſcha prius ab eis expreſſo, feria ſcilicet quarta poſt Dominicam Palmarum in necem Chriſti Domini congregatos, & ante narrationem profectionis Iudæ Iſcariotis ad eos, vt illum eis conuento præcio traderet, meminerunt, non deſcribitur ab ipſis Matthæo, & Marco tanquam res connexa

Matt. 26. Marc. 19. Io. 12.

dendi, & ad principes ſacerdotum ad hũc effectum abeundi, & occaſionem quam Diabolus arripuit vt ipſum Iudam ad tantũ facinus ſtimularet & impelleret; hocq; vt facerent, reuerſi ſunt (ſicut ſæpe ab eis fieri ſolet) ad deſcribendum quod antea præceſſerat in Bethania: quo deſcripto redeunt immediatè ad continuationem narrationis hiſtoriæ intermiſſæ ordine quo facta eſt, dicentes: *Tunc abijt Iudas Iſchariotes vnus de duodecim ad principes ſacerdotum.* Sed quia non expreſſerunt Iudam hoc feciſſe inſtigante Diabolo: Ideo hoc ſubnexuimus per textum Lucæ, ſimul & factum, & factorem, ac impulſorem exprimentis, & dicentis: *Intrauit autem Sathanas in Iudam qui cognominabatur Iſchariotes, & abijt, & locutus eſt cum principibus ſacerdotum.* Tunc vero intrauit Sathanas in Iudam quando exaſperatus & indignatus ſupradicta vnguenti profuſione in pedes & caput Chriſti, cogitationes iniquas inſpirante & ſuadente diabolo cõcepit, acceptum in illa damnũ & iacturam vẽditione Magiſtri ſarcire: Si enim vnguentũ conſeruatũ, & Chriſto oblatum fuiſſet, potuiſſet illud, vt haberet vnde egenis aliquid daret, vendere, & partẽ præcii fraudare. Et poſtea ſciens inimicos Chriſti vt ſupradictum eſt

congregatos & consultantes, tūc sicut narrant Matthæus, Marcus, & Lucas, abiit ad illos, vt effectui mandaret quod antea impie, suggerēte diabolo facere cogitauerat.

ANNOTATIO II.

PRimo die azimorum quādo Pascha immolabant. Quartadecima scilicet Luna seu die primi mensis anni, qui nostro respōdet Martio: Scriptum est enim Exod. 12. Decima die mensis huius, tollat vnusquisq; agnum per familias suas & seruabitis eum vsq; ad quartādecimam diem, immolabitq; eum vniuersa multitudo filiorum Israel ad vesperā: Et edent nocte illa carnes assas igni, & azimos panes &c. Et infrà. Primo mense, quartadecima mensis die ad vesperam, comedetis azima vsq; ad vigesimā diem, Dictus autem dies azimorum, nō quia in ipso die ex lege comederentur azima, sed quia in eo præparabantur, vt comederentur ex præcepto nocte sequēti, seu ad vesperam, ingrediente videlicet, Quintadecima Luna, ac solemnitate paschali. Ab occasu enim solis incipiebant. Dum vero ipsa azima conficerentur, credibile est multos ex Iudæis comedere, non tamen hoc præceptum erat, sicut nec vetitum. Pascha autem, idest Agnus

Paschalis

Paſchalis occidebatur,& immolabatur inter duplicem veſperã,videlicet poſt meridiem, & ante occaſum eiuſdem diei xiiij, fere quando nos celebramus veſperas: poſtea præparabatur, & poſt occaſum ſolis prope noctem (quæ erat altera veſpera apud Hebræos) comedebatur cũ azimis, & propterea dicitur, Nocte illa,ſeu ad veſperam comedetis azima. Illa autem veſpera poſt occaſum, cùm eſſet inter duos dies, finis videlicet vnius & initium alterius modo ad vnum; modo ad alterum referebatur; Et ſecundum hoc tam Ioannes, quàm cæteri Euangeliſtæ noctem,& veſperam illam in qua Agnus comedebatur cũ azimis,annumerarunt quartædecimę diei Lunæ: Et ipſam quartamdecimam Marcus, & Lucas dixerunt diem azimorum. Ioan.autem dixit. *Ante diem feſtum Paſchæ*, nempe veſpere decimæquartæ Lunæ, quæ erat ante diem feſtum, id eſt,quintumdecimũ,qui erat dies feſtus Paſchæ.Licet enim quintadecima Luna, & ſolẽnitas Paſchæ, ac azimorum inciperent ab occaſu ſolis diei præcedentis, ideſt quartædecimæ, vt dictum eſt: Dies tamen feſtus non incipiebat,nec dicebatur, niſi ab ortu ſequentis diei,qui erat quintuſdecimus, iſq; ſolemniſsimus. Vnde clare apparet concordia

Græcorum, multi Latinorum, vt dissoluāt (sicut refert Paulus de Palacio in suis enarrationibus in Matth. Ibidē: Inter quos præcipuus est Paulus Burgensis, cuius sententiam velut plausibilem, licet ab aliis fabella putetur, plures quos nominat, secuti sunt) dicunt: Christum Dominum quidem festum & Pascha celebrasse die qua ex lege præceptum erat: Eadem enim die misit Apostolos Petrum, & Ioannem, vt pararent solemnitatem, & celebrauit: sed Iudæos tūc solemnitatem illam in alterum diem transtulisse, sicut illis mos erat ex causis quibusdam sua festa transferre, & illam diem translationis appellabant decimamquartam non naturalem, sed legitimam. Chrisostomus etiam respondet. Pharisæos occupatos in Christo comprehendendo, interrogando, condemnando, eam noctem, qua erant Agnum manducaturi consumpsisse, qua causa solemnitatem hāc in diem sequentem transtulisse, & inde no fuisse intrare in prætorium ne contaminarentur; sed vt manducarēt Pascha, scilicet ad vesperam eiusdem feriæ sextæ. Hæc opinio est etiam Cirilli: quæ non est vera, sicut nec solutio supradicta quorundam Latinorum. Hunc errorem maxime conuincit Tolet. Annot. iij. in cap. 13. Io. Vbi cla-

re oſtendit, illud Paſcha de quo dicit Ioannes, quando ait Iudæos noluiſſe intrare in prætorium, vt non contaminarentur, ſed vt manducarent Paſcha, non eſſe intelligendum de Agno paſchali, quem illi iuxta præceptũ legis, & vt neceſſe erat die præcedenti ad veſperam, manducauerant, ſicut & Chriſtus cum diſcipulis, vt ſupradictum eſt: Verum de animalibus & ſacrificijs, quæ totis illis ſeptem diebus azimorum, & ſolemnitatis paſchalis offerebantur, quibus veſci licebat ſolis mundis, quæ etiam dicebantur Paſcha, & non ſolus Agnus edendus decimaquarta Luna poſt occaſum ſolis, quamuis ille eſſet præcipuum Paſcha, propter quod cætera ſic dicebantur: Vide ipſum Tolet. ibidem. Vide etiam infrà Annot. xiij.

ANNOTATIO III.

DEſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare vobiſcum. Hoc ſcilicet vltimum Paſcha legale & typicum, nõ quidem principaliter propter ipſum, aliàs enim Agnum paſchalem iudaicum & figuratiuum, necnon azimos panes & lactucas agreſtes cum diſcipulis manducauerat, ni

hilq; tunc insolitum fecisse aut dixisse legi tur:sed propter adimpletionem eius quod ille agnus præfigurauit, videlicet vt eidē paschali ac omnibus obseruantijs legalibus finem imponeret, nouumq; Pascha nouæ legis institueret, Illudque, seipsum videlicet verum agnum paschalē, & proprium corpus cum discipulis mãducaret, quemadmodum, vt veritas figuræ succederet & responderet, immediate tunc fecit post immolationem & manducationem agni paschalis Iudaici, præmissa lotione pedum ad eius præparationem. Et hoc est, quod summopere & principaliter desiderabat, Indignum enim esset Christum aliquid tam vehementer desiderare quod ei non esset proprium. Vnde ex eisdem verbis sicut scribit Simon Vigor tunc Canonicus theologalis Parisiensis, Postea a Gregorio XIII. factus motu proprio Archiepiscopus Narbonensis, in Serm. de Eucharistia; non solum S. Thomas & alij Theologi scholastici; sed etiam antiqui patres & doctores, inter quos Tertull. lib. 4. aduersus Marcionem, & Hieronimus, quæst. 2. ad Hedibiam, & in cap. 26. Matth. Greg. Nazian. in Car. Chrisost. Hom. 83. in Matth. Sedulius & plures alij crediderunt & docuerũt ipsum Dominum manducasse cum disci-

bis traditum, paſſum eſt in cruce. Ideo adhuc viuens & mortalis voluit Sacramentum corporis & ſanguinis ſui inſtituere, & illud ſumendum præbere.

ANNOTATIO IIII.

ANte diem feſtum Paſchæ ſciens Ieſus. Non deerunt fortaſſe, qui exiſtimabunt, quòd pro apta connexione, ac catenatione initii huius narrationis Ioannis, de his quæ facta fuerunt durante cœna communi, poſt peractam cœnam agni paſchalis Iudaici, cùm immediate præcedentibus verbis aliorum trium Euangeliſtarum loquentium de illa cœna Domini nouiſsima cum diſcipulis, ac tẽpore quo celebrata eſt, ſic dicendum & inchoandum fuiſſe, *Sciens autem Ieſus*: vel certè, *Sciens tũc Ieſus quia venit hora eius*. Sed quoniam nec illa coniunctio diſcretiua, *autem*, nec illud aduerbium temporis, *tunc*, eſt in textu vulgatæ editionis latinæ, præter inſtitutum noſtrum fuiſſet aliquid ab extra, aut de noſtro addere: licet, vt notat Tolet. annot. j. in cap. 13. Io. Chriſoſtomus legat, *Ante diem autem Paſchæ*, cuius liber mendoſus creditur, non habens, *feſtum*. Et Cyrillus etiam legat, *Ante diem feſtum autem*,

Græci-

Græciq; codices habeant, *Ante autem festum Pascha.* Nec ſane omittenda fuerunt illa verba Ioannis tam expreſſa: *Ante diē feſtum Paschæ*, quorum lectio latina & vulgata veriſsima eſt, & ex quibus apparet ipſius Ioannis concordia cum cæteris Euangeliſtis, qua die Dominus fecit Paſcha, & cœnauit cum diſcipulis, atque ſanctiſsimam inſtituit Euchariſtiam; conuincitur quoque error Græcorum, ſeu potius blasphemia in Spiritum ſanctum, qui locutus eſt per Apoſtolos & Euangeliſtas, ſi enim vel minimum in ſcriptura admittatur mendacium aut falſitas, tota ſcripturę labitur veritas, vt recte ſcribit Auguſtinus. Epiſt. 19. ad Hiero. ipſi enim Græci, ex ipſiſmet verbis Ioannis, inter ſuos errores, etiam affirmarunt cæteros Euangeliſtas erraſſe narrantes Chriſtum hæc feciſſe primo die azimorum, quartadecima ſcilicet Luna, & in ſolemnitate Paſchæ; ac ideo ab ipſo Ioan. correctos eſſe, cum ipſe expreſsè dicat illa facta fuiſſe, Ante diem feſtum Paſchæ, & ideo, vt ipſi aſſerunt, decimatertia luna. Non enim dixit Ioan. *Ante feſtum autem Paſchæ*, vt ipſi legunt, ſed *ante diem feſtum*. Quem diem feſtum, non intellexit ab occaſu ſolis præcedentis diei, ſed ab ortu ſequentis. Quamuis enim ſolem-

ſolemnitas feſti ab occaſu, ſeu a veſpera poſt occaſum inciperet; tamen dies ab ortu ſubſequenti initium habebat. Diem enim a nocte ſecernunt Hebræi, licet noctem annumerent diei ſequenti. Cum autem Dominus paſſus ſit quintadecima Luna, & feria ſexta hebdomadæ, die ſcilicet paraſceues, conſequitur quinta feria, & quartadecima die Lunæ primi menſis hæc deſcripta a Ioa. geſta eſſe, cum iam ſolemnitas Paſchæ incœpiſſet. Incipiebat enim a quartadecima die Lunæ ad veſperam, vt ſupradictum eſt. Ergo, *Ante diem feſtum Paſchæ*, idem eſt ac ſi dixiſſet, Pridie quàm pateretur, Die enim feſto Paſchæ, qui erat feria ſexta, & dies paraſceues Paſchæ, vt infra conſtat tam ex ipſo Ioan. quàm cæteris tribus Euangeliſtis, paſſus eſt Dominus. De his vide Tolet. ibidem ac annot. iij. & iiij. in cap. 13. Io. Vide etiam ſuprà annot. ij.

ANNOTATIO V.

ET cœna facta. Cœna ſcilicet communi, poſt celebratam cœnam Agni paſchalis typici incœpta: Id eſt cum iam cœna fieret & omnes diſcumberent. Pro *Io. 13.*

intel-

Deinde ſinguli contriſtati, interrogant Ieſum, *Nunquid ego ſum?* Ac etiam Iudas, quia videbat cæteros interrogantes, interrogauit & ipſe dicens: *Nunquid ego ſum Rabbi?* ne ſcilicet, vt ſcribit Tolet. Si ipſe ſolus ſileret & non interrogaret, putaretur eſſe, tutius ducens etiam cum aliis interrogare, quàm ſolus ſilere. Et audiuit, *Tu dixiſti*: ſec. Matth. & Marc. Poſt quæ verba Dominus inſtituit Euchariſtiam, qua inſtituta & eius miſterio peracto, ſecun. Aug. lib. 3. de conſen. Euang. cap. 1. Iterum de traditore ſuo loquitur, vt refert Luc. cap. 22. *Veruntamen,* inquit, *Ecce manus tradentis me mecum eſt in menſa*, admirans videlicet hominis obdurationem, qui celeſti cibo & potu accepto, adhuc in ſuo perſiſteret nefario propoſito, adiunxitque commi nationem, dicens, *Filius quidem hominis vadit ſecundum quod definitum eſt: Veruntamen væ homini illi per quem tradetur.* Et ipſi diſcipuli. Tunc *cœperunt quærere inter ſe quis eſſet ex eis qui hoc facturus eſſet.* Cui poſteriori inquiſitioni optime connectuntur, quæ Io. poſtea narrat, *Erat ergo recumbēs &c.* quando videlicet Petrus, nec ex mutuo aſpectu, nec ex mutua inquiſitione poſſet habere notitiam proditoris, ex zelo & amore erga Chriſtum deſiderans ſcire quis eſſet, vt

aliquo modo impediret si posset, longiusq; assideret Christo, ita vt non posset eum secretò interrogare, innuit vultu & gestu Ioanni, quia Ioannes recumbebat proxime ad latus sinistrum Domini: vnde & recubuisse super pectus, aut in sinu eius dicitur; ideo innuit inquam Petrus Ioanni, vt interrogaret Dominnm, ac simul verbo dixit ei: *Quis est de quo dicit?* Ioannes vero interrogans Iesum, accepit signum secretum agnoscendi, & audiuit, *Ille est cui intinctum panem porrexero*: intinctum autem dedit Iudæ Simonis Iscariotæ. Et post hanc buccellam introiuit in Iudam Satanas, & recessit quo recedente & egresso, cœnaq; omnino absoluta, & contentione orta inter discipulos sedata, Christus habet ad suos discipulos concionem à Io. post hæc descriptam, quam etiam in cœnaculo incœpit & continuauit vsque in finē, cap. 14. Et hymno prius dicto recedens cum discipulis, illam in via prosequitur, & post illam habet orationem ad patrem, qua completa egressus est trans torrētem Cedron, & venit in hortum villæ Gethsemani vbi captus est. Hic est ordo gestæ historiæ, vt patet in eius textu, & quam aptè conueniat.

AN-

ANNOTATIO VI.

ET post bucellam introiuit in eum Satanas. Non tunc quidem primò, nam iam prius intrauerat in Iudam, vt dicit Luc. etiam antequam ad Iudæos abiret, & de tradendo loqueretur secundum cogitationes iniquas, quas antea dæmone instigante ad id cõceperat, & hoc est quod supra dixit Io. *Cum diabolus iã misisset in cor.* id est in eius voluntatem, non illam directe mouens, sed ei suggerens, *vt traderet eum Iudas.* Non ergo tunc introiuit, vt quasi alienum tentaret, sed ad amplius eum quasi proprium, & sibi iam traditum, plenius posside ndum. Ipse enim Iudas multò plenius a dæmone possessus fuit, quando videns Petrum, ad Ioannem conuersum ei annuisse & locutum esse, Ioannemq; cum Christo colloquentem, post hæc autem sibi soli buccellam datam; cũ sibi maxime conscius esset, existimauit iam suam iniquitatem aliis reuelatam esse, idcirco in malo omninò obfirmatus est, & opere abiit vt traderet, & hoc dicit Ioannes, plenitudinem iniquitatis & confirmationem malitiæ exprimens. Tolet. ibidem, & Annot. 9. in cap. 13. ex Aug. lib. 3. de consen. Euang.

Euang.cap.1.De hoc,& quam ob causam, ac quando satanas Intrauit in Iudam vide suprà annot. 1.

ANNOTATIO VII.

FActa est autem & contentio. Merito videtur non probari à Toleto Annot.2.in cap.18.Io. sententia sancti Augustini tanquam nō probabilis, dicentis lib. 2.de consen.Euan.cap. 3. hanc contentionem factam esse post orationem Domini, quam sermone completo habuit ad Patrē scriptam a Io.cap.17.dum esset proximus monti Olíueti, antequā tamen illum ascēderet. Attente enim aduertenti, ait Tolet. apparet hæc contentio orta inter cœnandum,& occasione illorum verborum, *Ecce manus tradentis me, mecum est in mensa*, præsente ergo adhuc tunc Iuda: Et ex inquisitione quam exinde cœperunt facere inter se,quis ex eis esset hoc facturus, vt indicare videtur Luc. cap. 22. Subdit enim immediate, *Facta est autem & contentio, &c.* Licet antequàm ipsa contentio oriretur iam recessisset Iudas,de quo,ac qua occasione recesserit nihil scribit Ipse Lucas. Et ideo ante narrationem contentionis apte annectitur, interrogatio Petri ad Ioannem,

nem, & ea quæ ſequuntur narrata a Ioanne vſque ad receſſum Iudæ. Ipſe tamen Tolet. nec in ſupradicta annotatione, neque alio in loco, quod ſciam, (nec id mirum, ipſe enim Ioannem interpretatur, non autem cæteros Euangeliſtas) annotat quibus verbis annectenda ſit ipſa contentio, niſi quòd inter cœnandum, & ante egreſſum è cœnaculo facta eſt, contra ſententiã Auguſtini. Mihi autem videtur ſub eiuſdẽ Toleti & aliorum iudicio eadem contentio non orta tantum ex verbis his Luc. 22. *Eccè manus tradentis me mecum eſt in menſa,* & ex mutua inquiſitione inter diſcipulos quis hoc facturus eſſet, ſed etiam potiſsimum ex his verbis Saluatoris relatis à Ioanne ſtatim egreſſo Iuda bis repetitis; licèt alio ſenſu quàm tunc intellexerint diſcipuli, Videlicet, Quòd Deus continuò eſſet clarificaturus filium hominis. Et ideo continuandam eſſe narrationem Io. poſt egreſſum Iudæ vbi dicit, *Cùm ergo exiſſet* (ſcilicet Iudas) *dixit Ieſus, Nunc clarificatus eſt filius hominis,* vſque ad illa verba excluſiuè. *Filioli adhuc modicum vobiſcum ſum.* Nam ſicut antea quãdo, vt eſt apud Matt. cap. 17. & 18. viderunt diſcipuli, vt ait ſanctus Hieronymus lib. 3. Commen. in Matt. poſt ſtaterem inuentum, idem tributum

pro Petro a Domino redditum & solutũ, iuxta id quod Dominus dixerat Petro, *Da statere m pro me & pro te*, arbitrantes ex æqualitate precii Petrum omnibus Apostolis esse prælatum, Idque ægre ferentes, & de gloria inter se contendentes, repente Dominum interrogauerunt: *Quis putas maior est in Regno cælorum*? De quo reprehendit eos Dominus volens desideriũ & contentionẽ gloriç humilitatis contentione sanare. Et iterũ quãdo vt etiã est apud Matth. cap. 20. Dominus discipulis dixerat, *Ecce ascendimus Hierosolymam & filius hominis tradetur Principibus sacerdotum, & tertia die resurget*, Ex his posterioribus verbis, vt opinio est sancti Ioannis Chrysostomi, arbitrantes discipuli, eum post resurrectionem illico regnaturum, & quod in secundo aduentu promittebatur, in primo esse complendum, Duo ex illis, filii scilicet Zebedæi, Iacobus & Ioannes ex simili desiderio gloriæ & ambitionis matrem præmiserunt, vt pro illis rogaret, & peteret præcedentiam sessionis & primas auctoritates in huiusmodi suo futuro Regno. Quod audientes decem alii discipuli, indignati sunt de duobus fratribus. Ita & nunc discipuli putantes ex similibus fere verbis Christi bis repetitis, videlicet,

quòd

quòd continuo filius hominis erat a Deo clarificandus, glorificandus scilicet & gloriose regnaturus, ex eodem desiderio gloriæ & spiritu ambitionis orta maxime videtur inter Apostolos contentio, quis eorum esset maior, & quis præcedentiam & primam auctoritatem haberet post Christum in huiusmodi glorificatione & regno, vt etiam apparet ex verbis & rationibus quibus Christus vsus est ad dictam contentionem sedandam, quæ sunt eadē, quibus vsus fuerat ad comprimēdam ambitionem duorum fratrum, & indignationem decem aliorum discipulorum, excepta promissione de cælesti regno, quā hic Dominus superaddidit, vt refert Lucas 22. Ex qua promissione manifestè constat iā tunc recessisse Iudam, *Vos*, inquit Dominus, *estis qui permansistis mecum in tentationibus meis, & ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedeatis super thronos &c.* quod vtique de prædestinatione & gloria æterna dicit, & neminē eorum qui præsentes erant, excipit: sicut antea præsente adhuc Iuda dixerat: *Vos mundi estis, sed non omnes.* Item, *Beati eritis si feceritis ea: non de omnibus vobis dico, ego scio quos elegerim &c.* Ideo non videtur quòd

hæc contentio aptiori loco annecti possit, quàm post supradicta verba saluatoris in Ioan. 13. de filii hominis & Dei in eo continuo futura clarificatione seu glorificatione. Post verba autem Christi pro dicta contentione sedanda ad omnes discipulos contendentes facta, aptissimè annecti videntur illa quæ Ioan. refert, Christum dixisse ad ipsos discipulos, videlicet, *filioli mei adhuc modicum vobiscum sum*, & ea quæ sequuntur narrata a Ioan. & Luc. inter se connexa, vt iacent in superiori contextu. Christus enim postquàm sic locutus est ad omnes discipulos, conuertit priuatim sermonem ad Petrum, videlicet, *Simon ecce Satanas &c.* quod refert Luc. Vnde etiam Petrus tam illorum, quàm etiam præcedentium verborum ad se, & cæteros discipulos habitorum, quæ refert Ioan. priuatim & solus interrogat Dominum dicens: *Domine quo vadis?* Et ex responsione Christi dicentis non posse illum tunc sequi, Petrus sibi nimium confidens promittit se paratum in carcerem & in mortem cum Domino ire, ac animam ponere. Vnde Christus illi semel prædicit negationem, prout ipsi Ioan. & Luc. scribunt. Vnam autem & eandem esse prædictionem ex ipsis verbis Ioan. & Luc. satis apparet, vt pro-

batur

batur infra Annot. proxime ſequenti. Vide autẽ quomodo poſt reliqua verba Domini quæ poſt hanc prædictionem ſubdun tur ex Luca aptiſsime cohereat & illis cõnectatur principium ſermonis Chriſti ad diſcipulos, habiti cap. 14. Ioan. Vbi dicit, *Non turbetur cor veſtrum neque formidet*, Incipiens ab eorum turbatione & timore ac triſtitia, quas ſciebat illos concepiſſe ex eius verbis. Audierant enim, vt annotat Tolet. illum diſcedentem, illoſque non poſſe venire quò ille ibat. Præterea vnum ipſorum proditorem futurum. Ad hæc Petrum qui primus eorum erat, ante galli cantum, ter ipſum negaturum, vt narrant Ioan. & Luc. Item ab ipſo Domino monitos, vt extunc qui ex illis haberet ſacculum tolleret, ſimiliter, & peram, & qui nõ haberet venderet tunicam ſuam & emeret gladium, ſicuti ſubdit Luc. Ex his omnibus triſtia & formidabilia concipientes, triſtitia & timore nimio affecti ſunt, ita vt etiam gladios & arma ad eorum defenſionem ex tunc de cætero neceſſaria eſſe putarent: Vnde dixerunt *Domine ecce duo gladij hic, qui dixit illis, Satis eſt*, Nihil in Chriſto conſiderantes niſi ea quæ humana erant, nempe eius diſceſſum, Ipſorũ abſque eo in hoc ſæculo manſionem, & re-

liqua, quæ ex ſupradictis conſequi videbantur. Vnde Dominus accommodatum & optimum adhibet medicamentum & ſolamen, vt remota conſideratione rerum humanarum mentem figerent in diuinis ac ſua diuinitate & potentia, incipiens ab hac eorum animi turbatione & timore & dicens: *Non turbetur cor veſtrum, neque formidet: Creditis in Deum, & in me credite &c.* Vide Tolet. qui de hoc in ſuis comment. 1. & 2. in cap. 14. Ioan.

ANNOTATIO VIII.

Io.13. ANimam tuam pro me pones? Amen dico tibi &c. Certum eſt ait Tolet. quòd non tantum ſemel Chriſtus prædixit Petro, quòd eum eſſet negaturus: ſed bis, aut ſecundum Auguſt. lib. 3. de conſ. Euang. etiam ter, diuerſis occaſionibus; ſemel & primo loco in domo ſeu cœnaculo, prout hic Ioann. narrat: quando Petrus interrogauit, *Quo vadis?* Secundò egreſſus e domo, & ſermone completo, ac antequam montem Oliueti aſcenderet, quod refert Lucas. Tertiò vero poſt totum ſermonem completum, cùm iam Dominus tranſiuiſſet torrentem Cedron, & egreſ-

& egressus esset in montem Oliueti, vt referunt Matt.& Marc. quando protulit verba: *Omnes vos scandalum patiemini in me in nocte ista.* Qui vero, inquit Toletus, putant semel negationem prædictam esse, historiæ ordinem perturbant, nec conuenienter accommodare & annectere illam possunt: & hoc verum est: Vide ipsum Tolet. in cap. 13. Ioan. Annot. 31. Quòd autem bis tantum, & non ter, Dominus Petro prædixerit negationem, attente consideranti textum Euangelistarum manifestissime apparebit, semel, videlicet, in domo & cœnaculo, idque dum adhuc recumberet cum Apostolis, post egressum tamen Iudæ, & sedatam inter eos contentionem: Quis eorum esset maior, prout Io. & Luc. narrant consentientes non tantum in occasione data a Petro, & in sensu verborum sed iisdem pene verbis, & modo loquendi Domini & Petri: Post quam prędictionem & nonnulla alia verba Domini habita ad discipulos quæ subdit Lucas prout in contextu, subiungit: *Et egressus &c.* Secundò, Dominus prædixit Petro negationē prope montem Oliueti, sicut referunt Matth. & Marc. etiam consentientes in occasione, & ijsdem verbis, hanc secundam prædictionem referentes. Hoc autem, inquam,

manifestiſsime apparet ex contextu Euã-
geliſtarum: Nam quoad primam prædi-
ctionem, poſtquam Dominus dixerat om-
nibus diſcipulis: *Quo ego vado vos non pote-
ſtis venire, & vobis dico modo, Mandatum no-
uum do vobis, &c.* vt refert Io. Deinde con-
uertens ſermonem priuatim ad Petrum,
ait ei, *Simon Ecce ſatanas expetiuit vos vt cri
braret ſicut triticũ, ego autẽ rogaui pro te &c.*
vt refert Luc. Tunc dicit ei Petrus, *Domine
quo vadis?* vt narrat Ioan. ac ex reſponſio-
ne Chriſti dicentis, Non poſſe illum tunc
ſequi, Petrus ſibi nimium confidens, pro-
mittit ſe paratum in carcerem & mortem
cum Domino ire: ac animam pro illo po-
nere, vt dicunt Luc. & Io. Cui promiſsioni
Dominus reſpondet & prædicit negatio-
nem, vt ipſi duo Euangeliſtæ referunt per
eadem verba, vno alterum explicante. Ait
enim Dominus iuxta vtrunque Euange-
liſtam, *Amen amen dico tibi,* Lucas addit, *Pe
tre, Non cantabit gallus*, Lucas addit, *hodie
donec ter me neges*, vt dicit Io. Lucas vero
dicit, *Donec ter abneges noſſe me*, explicans
Ioannem, ſcilicet qualis eſſet futura iſta
negatio, nempe quòd negaret noſſe Chri-
ſtum, quem tamen vere nouerat, Non au-
tem Chriſtum non eſſe Chriſtum & Meſ-
ſiam ac filium Dei, quem talem vere cre
debat

debat & confessus fuerat, peccans sic contra fidei confessionem, non autem negans fidem, pro cuius stabilitate rogauerat Christus. De hoc & quale fuerit peccatum Petri, vide infra in fine annot. xi. Quoad vero secundam prædictionem quam referũt Matth. & Marc. satis appertum est ex verbis & circunstantiis esse eandem, & factã quidem sermone completo, sed antequàm ascendisset Dominus in montem Oliueti. Immò antequàm venisset in prædium seu villam Gethsemani, quæ erat ad radices eiusdem montis posita. Nam post illam secundam prædictionem narratam, Matt. & Marc. subdunt: *Tunc venit Iesus cum illis in prædium seu villam quæ dicitur Gethsemani.* Hæc autem veritas satis elucet in superiori contextu & connexione historiæ, & quàm sibi inuicem in hoc & in cæteris consentiant Euángelistæ.

ANNOTATIO IX.

HAec cum dixisset Iesus egressus est. Ex his verbis Ioannis, quidam putant iam primùm Dominum egressum domo, & è loco cœnæ: sed potius significat eum prius inde egressum, post inceptum *Io. 18.*

scilicet

ſcilicet ſermonem vſq; ad finem cap. 14. Io. vbi dicit, *Surgite eamus hinc*, a loco videlicet vbi cœnauerant, & adhuc recumbebant, vt properaret ad locum, vbi ab inimicis quærendus & capiendus erat, vt patris diuinam voluntatem impleret, ſicut vere tunc ſurrexerunt: Et hymno dicto a Chriſto & Apoſtolis, id eſt poſtquam hymnum dixerunt, ſicut græcus textus habet, exierunt, prout narrant Matthæus, & Marcus in montem Oliuarum, tuncque vt annotat Toletus, Dominus ſequentia ſermonis & orationem compleuit in via extra Hieruſalem, cum eſſet iam nox; quando ſolitudo magna in viis eſſe ſolet, & longiuſcula erat via, vt facile illa dici & intelligi potuerint à diſcipulis, & forſan Dominus eadem ſequentia, partim ambulans, partim ſtans in aliquo viæ loco commodiori (erat enim campeſtris via & extra ciuitatem) dixit. Quibus perfectis, tunc peruenit ad dictum torrentem Cedron in valle dicta Cedron, inter Hieruſalem & ipſum montem exiſtentem, illumque tranſiuit, & venit cum diſcipulis in villam Gethſemani ad radices eiuſdem mōtis, in qua villa, quam Marcus vocat prædium, erat hortus, quò frequentius ſe recipere ſolebat ad orandum & in quem introiuit

ipse cum discipulis. Et hoc significat Io. cum dicit: *Hæc cum dixisset Iesus egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, vbi erat hortus &c.* Hæc, & quantum ad sensum, & quantum ad historiæ veritatem probabiliora videntur, ait Toletus, Vide illũ in cap. 14. Io. annot. 29. Super his verbis, *Surgite eamus hinc*. Et in cap. 18. annot. 2. Quoad vero ipsum hymnum, verisimilimum videtur dictum fuisse, vbi primùm Dominus & discipuli surrexerunt profecturi, & antequàm e loco cœnæ egrederentur, vt modò dixi: fuit enim pro gratiarum actione post mensam, sicut assolet, dictus, maxime pro institutione & communione Eucharistiæ, Cumque hymnus, ait Vigor, sit laudatio Dei cum cantico, Aliqui doctissimi ex recentioribus, ex quibus est Paulus Burgensis, putant fuisse canticum illud, quo ex antiquissima traditione vtebantur Iudæi, canentes laudes Deo, & gratias agentes a cœna agni paschalis, incipientes a psal. 111. inclusiuè, vsque ad psal. 118. exclusiuè, quorum psalmorum sensus cum eo, quod agno paschali memorabatur, liberatio videlicet ægiptiaca, conuenit, & omnes sunt pleni laude Deo debita ob innumera beneficia hominibus collata, quorum maximum est re-

demptio

demptio per pasſionem & ſanguinẽ Chriſti facta: cuius figura erat liberatio Iudæorum facta in Paſchate, & per ſanguinem Agni paſchalis & typici. Ad cuius veritatem implẽdam, fuit inſtituta Euchariſtia, ita vt non ſit diſsimile hos pſalmos a Domino, & Apoſtolis decantatos fuiſſe: Aut vt alii volunt nouo potius hymno pro nouo & euangelico paſchate, ipſum Dominum cum eis laudem dixiſſe Deo, iuxta id quod pſal. 21. dicitur: Edent pauperes & ſaturabuntur & laudabunt Dominum, vt ſcribit Gloſſa ordinaria.

ANNOTATIO X.

*Io.*18. IEſus itaque, ſciens omnia quę ventura erant. Diuina virtute factum eſt, vt miniſtri non agnoſcerent, quem coram habebant, & ſæpe viderant, & quòd proditor ſuo conſilio nihil effeciſſet niſi Chriſtus vltro ſeipſum manifeſtaſſet & tradidiſſet. Noluit enim Dominus ſigno proditoris diſcerni ne inuitus tradi videretur, Iudas quidem agnouerat, et iam contrà opinionem Euthimii. Matth. 26. oſculatus eum fuerat antequàm interrogaret miniſtros eum non agnoſcentes, vt videri eſt in contextu. Poſtquàm enim Dominus dixit

xit, *Ego sum*, non erat cur Iudas accederet ad osculandum, quia iam Christus se omnibus manifestum fecerat: hoc autem factum est, vt proditor sciret se suo consilio nihil effecisse, sed Dominum sua voluntate se manifestasse, & tradidisse, vt vel ex hoc resipiscendi occasionem, & causam haberet Toletus ibidem.

ANNOTATIO XI.

SEquebatur autem Iesum Simon Petrus. Manifestè apparet non tantum ex aliis Euangelistis, sed ex ipsomet Ioanne, ea quæ sequuntur & dicuntur de Petro in domo Pontificis, in cuius atrium introiuit ipse, sequens a longe Iesum cum Ioanne, intrò ab ancilla ad præces eiusdé Ioannis admissus, non fuisse facta in domo Annæ, sed in domo Caiphæ, qui erat, vt dicit Ioannes Pontifex anni illius, & nemo alius. Vnde & ipse Caiphas censendus est, qui interrogauit Iesum de discipulis & de doctrina eius. Nomen enim Pontificis seu Principis sacerdotum, aut Summi Sacerdotis in singulari, à nullo Euangelistarum tribuitur nisi ipsi Caiphæ, qui tunc, & illo anno solus erat Pontifex, Inquit enim Matth. 26. *Congregati sunt* *Io. 18.*

Princeps

Princeps Sacerdotum & Seniores populi in atrium Principis Sacerdotum, qui dicebatur Caiphas. Sic etiam illum nominat Lucas: Marcus vero appellat nomine Summi Sacerdotis. Ioan. autem nomine Pontificis in singulari absque adiectiuo, qui & ille idem est quem alii Euangelistæ nomine Principis Sacerdotum, aut Summi Sacerdotis appellant, vt tam clarè constat in expressione serui quem in horto percussit Petrus, (vnum enim tantum seruum vnius Pontificis ille percussit,) vt nullus relinquatur dubitandi locus. Ioannes enim dicit. *Percussit Pontificis seruum*. Marcus vero: *Seruum Summi Sacerdotis*. Matth. vero, & Luc. *Seruum Principis Sacerdotum*: qui vt ait Matth. *dicebatur Cayphas*. Et hoc videtur sufficere ad probandum hanc veritatem. Toletus autem pluribus aliis rationibus hoc conuincit. Quàmuis enim (inquit inter alia) multi dicerentur Pontifices in plurali, aut Principes Sacerdotum, seu Summi Sacerdotes: tamen cum de singulari fit mentio, is profecto intelligendus est, qui illo tempore seu anno Pontificis munere fungebatur. Vt ipse Ioan. satis indicauit. Nec enim Annam Pontificem appellauit, sed socerum Pontificis, vt etiã infrà: *Misit eum Annas ligatum ad Caifam*

Pon-

Pontificem, vtens vt ipse Toletus dicit, iuxta phrasim hebræam, præterito tempore pro plusquãperfecto, vt sunt multa exempla in scripturis; & reuocans orationem ad narrationem superiorem, quasi diceret, hæc quæ narrata sunt, gesta sunt in domo Caiphæ, & postquàm missus est Christus ad eum ab Anna. Miserat enim Annas eum ligatum ad Caipham. Nam Græci legunt absque coniunctione copulatiua, sed vtuntur illatiua. Quibus per Io. narratis, ipse etiam redit ad narrationem intermissam de Petri negationibus in domo Pontificis, per eadem verba in quibus desierat: Dixerat enim, narrata prima negatione, & antequàm narraret gesta per Pontificem erga Christum. *Stabant autem serui & ministri ad prunas & calefaciebant se. Erat autem & cum eis Petrus stans & calefaciens se. Pontifex ergo interrogauit &c.* Postea subdit: *Erat autem Petrus stans & calefaciẽs se*, quod vtique manifeste apparet ex aliis Euangelistis factum fuisse in domo Caiphæ. Christus enim non stetit in domo Annæ, nec in illius domus atrio ignis accensus est: sed tantum ibi ductus per quendã transitum, & vt indicat Io. propter generum qui erat tunc Pontifex, vt quodam honore afficerent, & rem gratam illi facerent,

rent, perducentes ad eum Dominum vinctum, quem ille Annas summo prosequebatur odio. Vide Tolet. in cap. 18. Io. annot. 8. 11. & 17. & in commentario ante 8. & 17. annot. Vbi dicit Cirillum id aperte testari. lib. 11. cap. 48. & lib. 12. cap. 11. Ex quibus præmissis certò etiam constat omnes negationes Petri in eadem domo Caiphæ Pontificis contigisse, vt in proxime sequenti annot. dicetur.

ANNOTATIO XII.

Luc. 22. ACcenso autem igne in medio atrij. Circa negationes Petri multas refert Tolet. in Io. subortas quæstiones & difficultates tam inter antiquos, quàm recentiores de loco, vbi dictæ negationes contigerunt, de tempore, de numero illarum, & de discordia quæ videtur inter Euangelistas in illarum relatione, quæ ex infrascriptis solui possunt. Primò quoad locum. Quidam enim, vt etiam Augustinus, omnes tres factas sentiunt apud Annam, quidam apud Caipham, quidam verò, vnam apud hunc, & duas apud illum; sed vt clare ostendit ex Origene, & conuincit ipse Tolet. annot. xj. in cap. 18. Io. omnes

omnes factæ sunt in domo Caiphæ, nulla apud Annam: Cæteri enim tres Euangelistæ, præter Io. qui illas diligentissimè narrarunt, meminerunt solius Caiphæ, & in eius domo omnes factas descripserunt. Aut igitur opportet alias negationes numerare præter descriptas à tribus illis Euangelistis, quod est, ait Tolet. contra antiquos patres, & contra verbum Christi prædicentis: aut fateri omnes negationes esse factas apud Caipham. Altera ratio quæ præcedentem confirmat, est, si aliqua alia negatio facta est præter eas quas dicti tres Euangelistæ narrant, maxime est illa, quam Io. describit primam, quia ipse solus mentionem fecit Annæ. At Io. illam & reliquas narrat factas esse in domo Caiphæ, quem semper, & non alium, vocabulo Pontificis dignatur, quia tunc non erat alius quàm Caiphas, qui, inquit erat Pontifex anni illius, & illè solus nomine Pontificis, aut Summi Sacerdotis, aut Principis sacerdotum intelligendus est, vt probatum est in annot. proximè præcedenti. Ex his, & alijs rationibus cōcludit Tolet. manifestum esse Ioannē cum cæteris Euāgelistis de loco negationum Petri concordem esse. Omnes enim Euangelistæ tradunt factas esse apud domum Caiphæ, &

in eiusdem domus atrio, in quod ad præces Ioannis admissus fuit Petrus ab ancilla, & vbi accensus erat ignis, ad quem Petrus dum primò negauit, sedebat cum ministris sedentibus & calefacientibus se. Postea vero paululum recedens, vt constat ex Marco, & deinde rediẽs ad ignem, stabat cum ministris etiam stãtibus quando fecit duas posteriores negationes, vt constat ex textu Euangelistarum. Hoc autem atrium Matth. vocat atrium foris, sic enim dicitur collatione alterius atrii interioris, quod in superiori, seu interiori parte domus fuisse Marcus insinuat, dicẽs Petrum sedisse in atrio deorsum, id est inferiori: Et hic modus loquendi est communis in Frãcia, Ibi enim in domibus Principum & magnatum solẽt esse plura atria, quæ curtilia vocant, & primũ ac communius post ingressum Ianuę occurrẽs, vocãt la basse court, id est inferius curtile, seu atriũ. Petrus ergo admissus, tãquàm ignotus, manebat in atrio cõmuni, videlicet inferiori, seu deorsũ, vbi milites & ministri nõ domestici erãt ad ignẽ. Ioan. vero tanquã notus & familiaris cũ ministris domesticis, sicut ille, qui dedit alapã Iesu stanti ante Pontificem, admissus fuit in intimiora, seu secretiora loca domus. Et in atriũ

ſuperius, aut etiam in aulam, in quam Dominus ductus, & præſentatus fuerat ante Caipham, ad quem Principes Sacerdotũ, & ſeniores conuenerant. Vide Tolet. in cap. 18. Io. annot. xj. & xij. Quò vero ad tempus, Io. deſcribit primam negationem factam antequàm Pontifex in aliquo interrogaret Dominum. Matthæus vero, & Marcus omnes tres negationes referunt poſt totum iudicium Pótificis; ſed omnes tres contigerunt ſimul, & eodem tempore in atrio deorſum, quo omnia narrata ab Euangeliſtis in ſuperiori, ſeu interiori parte domus Pontificis erga Chriſtum gerebantur. Scriptura autem non poteſt ſimul narrare ea, quæ ſimul facta ſunt, vt conſtat ex Io. qui narrata prima negatione in qua Petrus ſedebat cum miniſtris ad ignem in atrio deorſum; ſe præparat ad narrationem ſecundæ dicens. Stabant autem ſerui & miniſtri ad prunas, quia frigus erat & calefaciebant ſe. Erat autẽ & cum eis Petrus ſtans & calefaciens ſe. Quo dicto intermittit narrationem negationis, vt narret geſta per Pontificem erga Chriſtum, & his narratis repetit eandem hiſtoriam negationis ſecundæ, vt eam proſequatur, per eadem verba in quibus deſierat dicens. *Erat autem Petrus*

stans & calefaciens se. Vide Tolet. ibidem. De numero verò negationum, non desunt hoc sæculo, ait Tolet. qui dictas negationes multiplicent etiam vsque ad septem, sed clare ostendit ex Euangelistis tres tãtum fuisse, & hoc, inquit, ab omnibus antiquis patribus est receptum, & Euangelio conformius. Dominus enim trinam negationem prædixit. Quòd si plures futuræ essent, sicut tres prædixit, prędixisset vtique omnes. Adde quòd post resurrectionem Dominus ter Petrum interrogauit. Diligis me plus his? Vbi patres antiqui annotant eum numerum adhibitum, vt trinæ negationi satisfaceret. Et licet ex occasionibus à diuersis personis datis, ex diuersis videlicet interrogationibus videatur Petrum pluries quàm ter negasse, sunt tamẽ tres duntaxat: in quibus, maximè in tertia, videns se vrgeri ab vno, & deinde à pluribus, etiam ipse pluribus verbis vsus est, ad remouendam suspicionem, ita vt tandem anathematizauerit &c. negando. Et secundum Augustini doctrinam. lib. 2. de consen. Euang. cap. 12. moris est Euangelistarum non eisdem verbis rem eandẽ explicare: sed seruato eodem sensu varijs vti verbis. Et sicut à patribus sæpe annotatur, frequenter vnus Euangelista adiungit

git quod alius omisit. Hoc autem non ad dissonantiam pertinet, cum omnia simul consistant. Et ideo, vt etiam fiat solatio di scordię quæ videtur inter Euangelistas in relatione ipsarum negationum ex rationibus per Tolet. adductis: hoc, inquit ille non est dissonum, sed potius se inuicē explicare. Et licet multa ex his negationibus dissona videantur: re autem ipsa sunt consona, & maximè consentiunt, vt patet in textu. Primò quoad primam negationem, omnes Euangelistæ conueniunt, ancillam quandam fuisse, quæ huic negationi dedit occasionem. Matthæus, & Lucas, vnam ancillam dixerunt: Marcus addit, ancillam summi sacerdotis, Io. vero eam ostiariam, quæ secundum Lucam, cum vidisset Petrum sedentem ad lumen, & eum fuisset intuita, dixit ad alios circunsedentes ad ignem: *Et hic cum illo erat*. Secundū Matth. verò & Marc. conuersa ad Petrum: *Et tu cum Iesu Nazareno seu Galilæo eras*. Et secundum Ioannē prosecuta vlterius ait illi: *Nunquid & tu ex discipulis hominis es istius?* Petrus vero respondit etiam multa, vt opinionem de se conceptā remoueret, negans coram omnibus, & dicens: *Non sum, Mulier non noui illum, Nescio quid dicis, Neque scio neque noui quid dicas.* Quoad secundam

cundam negationem, prima dissonātia videtur in eo, quod Matth. 26. dicitur de Petro post primam negationem, Egrediente illo, & Marc. 14. Exiuit foras ante atrium. Respondet Tolet. Petrum quidem recessisse à loco vbi sedebat, non quidem extra ianuam domus, sed ad vestibulum atrii, vt habetur in textu græco Marci, quod erat prope ianuam antequam fieret ingressus ad atrium. Postea rediit ad ignem cum ministris, & stabat quando secundò, & tertiò negauit, hoc est quod refert Io. *Erat autem Petrus stans &c.* Tol. ibidem. Ac annot. 18. & 19. Secunda dissonantia est, quòd Matt. & Marcus referunt aliam ancillam dedisse occasionem negationis. At Luc. vnum refert hominem: Io. vero plures fuisse affirmat, sed solutio accommodata est: Ancillam nihil Petro dixisse, nec compellasse eum, sed ad circunstantes conuersam dixisse, Hic ex illis est, nec est dissonum ab his quę Luc. & Io. narrant. Lucas enim refert, ab vno compellatum: *Et tu de illis es?* & huic Petrus respondit, O homo nō sum. Et hoc idem Io. narrat, vsus est tamen numero plurali, vt sæpe fit in scripturis, quia ille vnus pro multis ac nomine multorum quibus ancilla dixerat, hic ex illis est: sed ad maiorē expresſionē. Vide Tole. ann. 19.

in cap.18.Io.Quoadtertiā vero negationē in qua maior inter Euangeliſtas apparet diſſonātia,licet reuera nō ſit:ſed valde inter ſe conſentiunt; vno explicante altero. Quod enim Matth. & Marc. dicūt, *Et poſt puſillū,* Luc.explicat,interuallū quaſi horę vnius.Io.tēpus nō declarauit,ſed nihil cōtrariū dixit. Quo vero ad pſonas,quæ dederūt occaſionē negationis attinet;hic homo quē Lucas refert,eſt idē cū relato a Io. qui expoſuit quod prætermiſerat Lucas; nēpe fuiſſe cognatū Malchi. hic ad aſtātes affirmauit Petrū fuiſſe cū Ieſu,dicēs,*Et hic cum illo erat*. Petro autē id audiente, & negante per hæc verba , *Homo neſcio quid dicis* : Ille idē homo magis vrget, & cōpellat dicēs,vt ſcribit Io. *Nōne ego te vidi in horto cū illo?* Quæ verba vt recte annotat Toler. ſunt verba replicantis,& opponentis contra Petrum negantem , etiam aliis verbis ab eodem homine compellatum . Tuncq; alii aſtantes ſecundum Matthæum,& Marcum dixerunt Petro eadem verba , quæ ille ſolus ad illos dixerat , veluti ea confirmātes,hoc eſt quod Marcus inſinuat dicēs *Rurſus qui aſtabant dixerunt Petro, Vere & tu ex illis es, Nam & Galilæus es &c.* Tūc Petrus ſentiēs ſe nimiū vrgeri,cœpit iurare, & ſe deuouere ac negare noſſe Chriſtū.Hic

est contextus & ordo rei gestæ. Quamuis autem Petrus pluribus verbis tunc tertiò negauerit Christum, tamen quia est vna series rei gestæ, vnica negatio computatur, sicut in prima & secunda factum est. In his autem negationibus in quibus dicitur Petrum negasse Christum, non negauit fidem, quasi non crederet ipsum esse Christum & filium Dei, quem antea confessus fuerat; nec amisit fidem, pro cuius stabilitate rogauerat Christus; sed sola confessione defecit, id est, peccauit non contra fidem, sed contra fidei confessionē, negando se esse discipulum Christi, seq; non nouisse eum, cuius vere discipulus erat, & quem vere nouerat, & hac ratione dictus est Christum negasse, & mortaliter peccasse, ita vt si tunc absque pœnitentia moreretur, damnationem incurreret, quæ doctrina ab omnibus est recepta, quam tradit Augustinus Tract. 113. in Ioan. & Leo serm. 9. de passione. Hæc fere omnia ex Tolet. Vide annot. ij. ac 20. in cap. 18 Ioann. ac comment. proximè præced. Sicut autem Petrus grauiter peccauit in domo Pontificis, Ita sæpius offenditur Deus in domibus Principum & Magnatum, vt non immeritò dicatur: Exeat ergo aula qui volet esse pius.

AN-

ANNOTATIO XIII.

ET duxerunt illum in concilium suum. Bis ergo Christus ductus est in concilium, primò noctu, vt Mat. & Mar. referunt. Secundò vt factus est dies: sicut Lucas narrat, & bis ibidē fassus est se esse filiū Dei venientem quidem tunc in humilitate, venturū postea in maiestate. Dixit enim Caiphæ adiurāti per Deū, & vniuerso cōcilio interrogātibus si esset Christus filius Dei, Ego sum, &; *Videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli.* Vbi admonuit se esse de quo dixerat Dauid: Dixit Dominus Domino meo sede a dextris meis. Et de quo Daniel etiam dixerat, Ecce cum nubibus cæli quasi filius hominis veniebat, &, vsq; ad antiquum dierum peruenit. Dicitur autem quasi filius hominis, sicut illud, In similitudinem hominum factus. Peruenisse vero ad antiquum dierum, quia ascendit super omnes cælos, & super omne nomen quod nominatur in omni sæculo. *Luc. 22.*

ANNOTATIO XIIII.

ADducunt ergo Iesum a Caipha in prætorium: Erat autem mane. *Io. 18*

Ioannes tacitis multis gestis illa nocte cũ Christo ab aliis Euangelistis descriptis, Illa tamen insinuat per hanc particulã, Ergo, Ac si diceret, Post multa contra Iesum illa nocte facta, Inierunt consilium pontifices, & primi Iudæorum aduersus eum, & decreuerunt eum morti tradere. Hoc autem per Pilatum præsidem efficiendum erat. Adducunt ergo, id est, propterea adducunt eum è domo Caiphæ in prætorium, seu secundum Matt. & Mar. ad Pilatum, in cuius domo seu palatio erat ipsum prætorium. Est enim prætoriũ, locus in quo ius dicitur à Præside, qui tunc erat Pilatus nomine Romanorũ Imperatoris: Non autem ipsa domus aut Palatium præsidis vt aliqui exposuerunt. Cum autẽ Iudæi ingressi quidem domum Pilati, nollent introire in prætorium, ne contaminarentur; sed vt manducarent Pascha, & misissent in illud, vbi tunc Pilatus tanquã Iudex astabat, solos milites & ministros cum Christo vincto tanquam reo & cõuicto criminis, propter quod morte plectendus erat, vt à Pilato sentẽtia in eum ferretur. Exiuit propterea, inquit Ioan. Pilatus ad eos foras, non extra domum suam, & in viam publicam: sed extra ipsum prætoriũ vt illos interrogaret quod iuris erat & omnis iustitia

tia postulabat. Auditis deinde eorũ accusationibus, quas refert Lucas, dicens: *Cœperunt autem illum accusare &c.* Pilatus iterũ introiuit in dictum prætoriũ, vbi Christus vinctus manserat cũ ministris; ibi eum interrogaturus, & vocans eum ad se interrogauit dicẽs, *Tu es Rex Iudæorum?* hic est sensus historiæ quã hic narrat Ioannes. Quantum autẽ ad illa verba, *Sed vt manducarent Pascha*, non sunt intelligenda de agno paschali quem comederant iuxta præceptũ legis, sicut & Christus nocte pręcedenti, videlicet ad vesperam, & post occasum solis diei præcedentis, (& hoc contra expositionem Cyril. & Chrisos. scribentium nondũ illos tunc celebrasse sed distulisse esum agni:) sed de animalibus & sacrificijs quę totis illis septẽ diebus offerebantur, quibus vesci licebat solis mundis, quæ etiam dicebantur Pascha, & nõ solus agnus edendus quartadecima luna post occasum solis, quamuis ille esset præcipuum pascha, propter quod cætera sic dicebantur. Tole. ibidem, sed fusius quoad nomen, Pascha, Annot. iij. in cap. 13. Io. vbi ostendit ex scripturis tam veteris quàm noui testamẽti, Pascha habere quatuor significationes, quarum quarta est illa, quæ hic intelligitur & exponitur, scilicet de animalibus &

sacri-

sacrificijs, quæ totis illis septem diebus azimorum offerebantur.

ANNOTATIO XV.

Io.18. EST autem consuetudo. Certò tenendum est, ait Tolet. ex Cyril. August. & Chrisost. hæc verba protulisse Pilatum, sicut Io. refert, quando egressus ad Iudæos, dixit, *Non inuenio in eo causam*: Non autem sicut aliqui auctores huius sæculi existimant, prolata esse quando remissus fuit Dominus ab Hærode ad Pilatum, sicut cæteri tres Euangelistæ narrāt. Hoc enim quod dicit Io. non fuit narratū ab aliis, & fuit prolatū à Pilato ex seipso Pontificibus & accusatoribus, qui Dominum condemnandum tradiderant. Quod vero alij tres Euangelistæ narrāt, dictum est turbæ, iuxta consuetudinem vnum vinctum roganti & petenti: cui Pontifices persuaserunt, vt Barrabam peterent, quia iam ipsi sciebant & audierant Pilatum teneri desiderio dimittendi Christum. Tolet. annot. 28. in cap. 18. Io.

ANNOTATIO XVI.

Mar.15. Mat.27. ET accusabant eum summi Sacerdotes in multis. A. Et cum accusaretur

ſaretur à Principibus Sacerdotum. Aliqui arbitrantur, quòd remiſſo Domino ab Hærode ad Pilatum factū eſt quod Matth. 27. narrat dicens: *Ieſus autem ſtetit ante præſidem &c. Et cum accuſaretur à Principibus Sacerdotum nihil reſpondit.* Sed eorum opinio non videtur poſſe ſuſtineri nec aliquo modo ſtare quoad illa verba, *Ieſus autem ſtetit ante Præſiden.* Nam hoc potius clarè apparet factum cùm prima vice adductus eſt Dominus ad Pilatum: & cum iuxta Ioannem introiuit iterum Pilatus in Prætorium & vocauit Ieſum. Tunc enim factum eſt, quod dicit Matth. Ieſus autem ſtetit ante præſidem; quia videlicet ingreſſus in prætorium vocauerat eū, vt dicit Io. & ſubiecit Matthæus. *Et interrogauit eum præſes, dicens: Tu es Rex Iudæorū? Dixit illi Ieſus, Tu dicis.* Hoc ſimiliter narrat Marcus, ſicut & Ioan. ſed fuſius, interpoſitis prius quibuſdam interrogationibus & reſponſionibus Chriſti, ac Pilati, Nec veriſimile videtur, quòd poſt remiſsionem Domini ab Herode ad Pilatum, Pilatus denuò illum interrogauerit, An eſſet Rex Iudæorum; cum id illi iam tam apertè confeſſus fuiſſet. Hæc ergo contigerunt in prima præſentatione Domini ante Pilatum. Quæ autem ſequuntur poſt hanc con

feſsio-

fessionem in textu Marci videlicet: *Et accusabant eum summi sacerdotes in multis.* Et in Matth. videlicet. *Et cum accusaretur à Principibus sacerdotum & senioribus nihil respondit*, verè euenerunt post remissionem Domini ad Pilatum. Et ideo vbi desinit narratio Lucæ de missione Domini ad Herodem, & remissione ad Pilatum (cuius Lucas solus meminit) his verbis. Et *facti sunt amici Pilatus & Herodes in ipsa die, nam antea inimici erant*, connexuimus illa verba Marci, *Et accusabant eum summi sacerdotes in multis.* Quibus aptissimè connectuntur illa supradicta sequentia Matthæi videlicet *Et cùm accusaretur à principibus sacerdotum & senioribus, nihil respondit &c.* Legenti & consideranti contextum, & illius seriē in vtroque loco, animaduertet quàm aptè diuidantur ea postrema verba Marci & Matt. ab ea responsione Christi, Tu dicis, postquam stetit Iesus ante pręsidem, in prima scilicet præsentatione ante eum: & inter illa inserenda fuerunt quæ narrat Lucas de accusationibus Iudæorum contra Christum, & de illius remissione ad eundem Pilatum, aliâs non videtur quomodo possit seruari ordo historiæ.

ANNOTATIO XVII.

ET flagellauit. Christus tanquã seruus, flagellis, non virgis seu fustibus, scribit Tolet. cæsus est, per quam pœnam & magno affectus dedecore, & grauiter vulneratus est. Hæc enim leuior erat, & cũ minori fiebat iniuria: Illa vero grauior & turpior: Hac liberi, illa serui castigabantur. Est autem flagellum, quo aurigæ vtuntur quod excussum clarum reddit sonum, idemq; significat quod lorum. Hoc discrimen indicat Paulus 2. Corin. 11. A Iudæis quinquies quadragenas, vna minus accepi. Ter virgis cæsus sum. Dominus autẽ noster non Iudaico more: sed Romano flagellatus est, cuius plagarum & verberũ numerus quadragenarium longè superauit. Apud Romanos enim non erat certus numerus sicuti apud Iudæos, qui quadragenarium excedere vetabantur. Tole. ibidem, & annot. prima in cap. 19. Io. Grauissimis tamen auctoribus tradentibus (inquit Paulus de Pal.) accepimus Dominũ vsque ad lassitudinem ministrorum primùm virgis spineis flagellatum: secundò cordis, in quarum extremis erant puncta ferrea Christi carnem lacerantia: Tertiò catenis

Io. 19

catenis quarũ extrema erant adunca particulas carnis secum abducentia.

ANNOTATIO XVIII.

Io.19. EXiuit iterum Pilatus foras. Scilicet extra prætorium, & atrium quod erat ante ipsum prætorium. Et ideo a Marco vocatur atrium prætorii: In ipso enim atrio fuit flagellatus, & spinis coronatus, & illusus, ac alapis cæsus Christus, quò non intrauerunt Iudæi. Post flagellationem autem, iterũ est introductus Christus in prætorium, vbi remãserat Pilatus, & inde foras, scilicet extra prætorium, & eius atrium a Pilato eductus, & ostensus Pontificibus, & aliis Iudæis existentibus in atrio inferiori domus præsidis, portans coronam spineam & purpureũ vestimentum, & dicit eis Pilatus: *Ecce homo*, Sperans Pilatus vultu & præsentia Christi, vel immanibus tigribus miserabili, ita vt solo in eum intuitu, vel adamantina corda poterant emolliri, Iudæos posse placari Tolet. in comment. ibidem.

ANNOTATIO XIX.

Io.19. QVi me tradidit tibi maius peccatum habet: Hoc maius non collatione facta ad peccatum Pilati iudicãtis iniuste

iniuste Christum: sed maius & grauius est peccatum tradentium, quia ipsi Iudæi Innocentem tanquàm iniquum & sceleratũ iniuste tradiderunt ei, qui iustam authoritatem tanquam pręses habebat, simul etiã potestatem, idest vim & facultatem cruci figendi: Volentes in hoc ostendere Christum esse malefactorem, & innocentiam eius occultare. Pilati autem potestas, idest auctoritas & facultas erat bona, vt a Deo data, sicut & Christus fassus est. Omnis enim potestas a Deo, & propterea, inquit Christus: Qui me tradidit &c. Tantò enim maius est peccatum tradentium potestati, quantum potestas & auctoritas est iustior, & potentior ad nocendum. Non enim tam graue peccatum habuissent Iudæi si Christum tradidissent alicui, nec auctoritatem, nec facultatem habenti ad iudicandum aut nocendum, sicut habebat Pilatus, qui tamen & ipse peccauit, quia inique vsus est data sibi auctoritate & potestate. Vsus enim potestatis datæ a Deo non semper bonus, nec a Deo est: sed a propria voluntate hominis abutentis potestate sicut fecit Pilatus. Tolet. in commentario ibidem, vt ostendit ex Gregorio exponente illud. 1. Reg. 18. Spiritus Domini malus agitabat Saul; Quomodo,

inquit, Domini eſt, ſi malus dicitur? Reſpondet, Domini eſt, quia virtus & poteſtas, quam habet & exercet, bona & iuſta eſt, tamen voluntas mala, quia male vtitur ea.

ANNOTATIO XX.

Io.19. IVdæi autem clamabant dicentes: Si hunc dimittis. Ex his verbis deducimus egreſſum eſſe Pilatũ prętorio, Chriſto ibi relicto, & ad populum iterum locutum verba quæ non expreſsit Io. niſi quòd Pilatus audita reſponſione Domini, exinde quærebat dimittere eum, quibus verbis ſignificabat ſe velle dimittere eum quem innocentem agnoſcebat. Quæ audientes Iudæi nouam adferunt accuſationem, quæ etiam Pilatum tangebat, dicentes: *Si hunc dimittis non es amicus Cæſaris*, ac ſi dicant, Reus etiam tu efficieris apud Cæſarem: Nam omnis qui ſe Regem facit Cæſari aduerſarius eſt: Tolet. ibidem.

ANNOTATIO XXI.

ERat autem Parasceue Paschæ hora quasi sexta. *Io. 19.* Ad intelligentiã huius loci, & concordiam Euangelistarum, qua hora Dominus sit condemnatus, & postea crucifixus, sunt distinguendæ horæ inter horas diei, & horas orationis seu templi & sacrificiorum rerumque sacrarum, quæ in templo fiebant. Dies enim iuxta Hebræos, & eorum vsum diuidebatur in xij. horas, sicut nox in totidem, & signa seu sonus illarum horarum, sicut apud nos, indicabant horas præteritas & transactas, vt quando fit sonus duodecimæ, significat horam duodecimam esse trãsactam, quę incœpit ab vndecima, & iam incipere sequentem. Secundum vero consuetudinẽ templi & orationis, quã etiam retinuit nostra Ecclesia, dies diuidebantur in quatuor partes, quæ etiam dicebantur horæ, videlicet in Primam, Tertiam, Sextam, & Nonam, & vnaquæque harum horarum, continebat tres horas vsuales, & sumebat nomen a suo principio, durabatque etiam in nomine vsque ad principium sequentis, vide-

licet prima vſque ad Tertiam , Tertia vſque ad Sextam , Sexta vſque ad Nonam, & Nona vſque ad occaſum & finem diei . Et ita Euangeliſtæ deſcribentes mortem Domini, tanquàm rem ſacrã & miſterium diuinum horis templo dedicatis deſcripſerunt, quæ etiam illo tempore erant receptæ apud omnes chriſtianos, non autem horæ vſuales Iudæorum, quibus dies in duodecim partes diuidebatur, & nox in totidem:Ioannes vero dicit quòd cum Dominus fuit condemnatus, erat hora paraſceue paſchæ quaſi ſexta,videlicet circa principium ſextæ, & illa nondum incœpta, nec tertia completa. Marcus vero horam tertiam completam, ſeu iam iam complendam narrat, quando crucifixus eſt Dominus, Dicit enim, *Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum*, ſicut nos dicimus poſt, ſeu circa ſonum duodecimæ,eſſe duodecimam: complebatur autem tertia, & incipiebat ſexta in meridie. circa vero meridiem, paululum antè vel poſt cruci confixus eſt Dominus.Et in hoc non diſſentiunt Io.& Marcus, immò concordant cum Luca, quando dicit Domino iam crucifixo : *Erat autem fere hora ſexta, & tenebræ factæ ſunt in vniuerſam terram, vſque in horam Nonam.*Hoc enim refertur ad tem

pus

pus quo tenebræ factæ sunt, Christo Domino iam ab aliquo temporis spacio crucifixo, hora videlicet tertia completa, & sexta aliquo tempore progressa, quod ipse Lucas satis indicat. Nam iam Christi in cruce pendentis duo verba prolata narrauerat: Primum videlicet, *Pater dimitte illis*, orando pro illis qui eum crucifixerant, illius vestes diuiserant, & postea ei illudebant, eumque blasphemabant, sicut etiam vnus de latronibus. Et secundum verbum, alteri latroni pœnitenti & confitenti, scilicet, *Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso*. Post quæ verba immediatè subiungit Lucas: *Erat autem fere hora sexta & tenebræ factæ sunt in vniuersam terram vsque in horam nonam*, quia videlicet iam instabat vt compleretur sexta, aut quia illius maior pars transierat. Hoc pro maiori parte ex Toleto. Vide illius Annotat. 7. & 8. in cap. 19. Ioan.

ANNOTATIO XXII.

Videns autem Pilatus &c. B. Pilatus autem volens populo satisfacere. Non est dubium quin Matthæus & Marcus in istis verbis anticipauerint iudicium & sententiam mortis, quæ fuit la- *Matt.* 27. *Marc.* 15.

tà non ante, sed post flagellationem & coronationem. Bis autem fuisse flagellatum & coronatum non est admittendum, vt aliqui recentiorum existimarunt: Primò videlicet ad correptionem: Secundò ad crucifixionem, iuxta leges Romanorum, quæ volebant crucifigendum prius virgis verberari, sed hoc textui accommodari non potest: Quam enim flagellationem & coronationem describit Ioannes ante latam mortis sententiam, hanc eandem refert Matth. vt ex circunstantiis apparet. Ex Io. autem constat Pilatū voluisse post flagellationem & coronationem Dominū Iesum liberare. Nec fuit necesse iterum ad crucifixionem eum flagellare, sufficiebat enim eum flagellatum ante crucifixionem. Ergo Matth. & Marc. per anticipationem quandam fecerunt mentionem iudicii & crucifixionis, quæ opportunè fuit transponenda in hunc locum, vbi tam Lucas quàm Ioannes describunt iudicium & sententiā mortis contra Dominum. Vide Tole. annot. prima in cap. 19. Ioann.

ANNOTATIO XXIII.

EXiuit in eum qui dicitur Calua-riæ locum. Extra scilicet ciuitatem, & eius portam Aquilonarem, quæ erat porta iudiciaria, iuxta quam erat monticulus Caluaria dictus, vbi solebant damnati vltimo supplicio affici. Vnde sic dictus est locus iste secundum Hieronymum Matth. 27. quia ibi erant multæ caluariæ, seu capita & ossa damnatorum, & quæ ibi reseruabantur. Cui assentit Tolet. & simul probat traditionē quòd ibi sepultus fuit Adam, Iuxta Atha. Cypria. Ambros. Aug. Chrisost. Euth. Theophil. & alios. Fuit autem, inquit, magno misterio factum, vt vbi mortuus iacebat primus Adam, qui nos omnes peccato mortuos effecit, ibi prò omnium salute & vita moreretur secundus Adam. Io. 19.

ANNOTATIO XXIIII.

SCripsit autem & titulum [b causæ eius] Pilatus. Causam crucifixionis inscripserunt, vt omnibus notū esset quare tali affectus esset pœna, vt probabile est id moris fuisse, maxime secundū Chrisost. Io. 19

in casibus insignibus, qualis iste erat. Alii dicunt legem fuisse Romanorum, vt super damnatis, damnationis causa scriberetur, vt Iudici neminem immerentem damnare liceret, & omnibus pateret quàm esset à iudice iure lata damnatio. Ioannes autem dicit Pilatum scripsisse & posuisse titulum, quia scribi & poni mandauit. Titulus vero, *Iesus Nazarenus Rex Iudæorum*, nomen, patriam, & causam mortis exponit. Scriptus autem erat non partim Hebraicè, partim Græcè, & partim Latinè, sed totus titulus integer tribus idiomatibus fuit scriptus, vt legi facile à quamplurimis posset, & qualis nunc habetur Romę in Ecclesia sanctæ Crucis in Hierusalem, quàmuis sit ex parte vetustate exesus. Hanc vero causam mortis scripsit Pilatus vt Iudæos vlcisceretur, & hac ignominia illos afficere voluit, qui suum Regem crucifixerunt. Tolet. ex August.

ANNOTATIO XXV.

Io.19. VEstimenta. Tria habebat vestimenta Christus, Tunicam scilicet desuper contextam per totum, id est, illius textura à summitate incipiebat, & per totum continuabatur quam omnes fuisse laneam fatentur,

rentur,& à beata virgine contextam, quæ si scinderetur,nullius fuisset vtilitatis, tota enim dissolueretur, & ob hanc causam super ea milites sortem miserunt inter se cui obueniret, vltra quartam partē aliorum vestimentorum.Ipsa autem tunica erat primum ac internum vestimentum loco; subuculæ apud nos, alia duo habebat, vnum videlicet quod super tunicam gerebat,& præter hoc,habebat palliū exterius.Et hæc est, ait Tolet.communis sententia & probabilis, & super illa duo posteriora, quæ scissa & partita sunt, vt in quatuor diuiderentur, etiam sors missa fuit, vt constat ex Marco. Hæc autem vestimentorum diuisio, secundum Auguſ. & Cyril. quatuor orbis partes in quibus est Ecclesia significat.Tunicam vero,vnitatē ipsius Ecclesiæ,quæ vna est vbique, repræsentare docet Augustinus,& cōmunis est Doctorum sententia,in tunica hac indiuisa.Illud autem,& tunicam, connectitur cū verbo,acceperunt:Acceperunt namq; vestimenta,& sciderunt ac diuiserunt: acceperunt etiam tunicam, & sortiti sunt de illa indiuisa cuius esset. Addit Io. vt impleretur scriptura:Illa particula, Vt, consecutionem non causam indicat, quod enim per milites faciendum erat præuidit &

prædixit Spiritus Sanctus. Tolet. annot. 14. in cap. 19. Io.

ANNOTATIO XXVI.

Io. 19. DIxit sitio, vas erat positum aceto plenũ. Christus bis fuit potatus, semel videlicet ante crucifixionem, & semel post. Ante crucifixionem oblatum est ei vinum myrrhatum, idest, felle mixtum, vt narrat Mat. & Marc. Torquendis enim, vt membra obstupescerent, minusq; dolores sentirent, hoc vini genus propinari solebat, quod Dominus cum gustasset, noluit bibere. Non enim passionis & doloris sẽsum minuere, sed potius conseruare voluit, vt vehementius pro nobis torqueretur. Post crucifixionem vero aceto potatus est, vt tam Ioan. quàm cæteri Euangelistæ hic referunt. In priori completum fuit illud. *Dederunt in escam meam fel.* Sunt enim quidam potus, qui simul esca & potus sunt, sicut lac quod comeditur & bibitur. Talis erat mixtura illa ex vino & myrrha seu felle: In posteriori vero illud completum, *Et in siti mea potauerunt me aceto:* quando Christo dicenti, *Sitio,* obtulerunt ei acetum. Vt scilicet inquit Ioan.

impleretur scriptura, quia videlicet prædictum fuerat, Non eum dicturum, Sitio, sed eum potandum aceto, seu propinandū ei acetum loco potus cum intelligerent eum sitire, propterea ergo Christus, maximam, qua ob tormenta passa, & sanguinis effusionem vere præmebatur & torquebatur, sitim manifestauit; vt scriptura, sicut dictum est, impleretur. Dauid autem vtramque potationem distinguit, ne quis ad vnicam referret, vnam, escam, alteram potum appellans. Tolet. in annot. 17. in cap. 19. Ioann. *Illi autem spongiam plenam aceto, &c.* Quod vnus accurrens fecit, vt dicunt Matth. & Marc. multi dicuntur fecisse à Ioan. quia nomine multorum fecit. Sensus autem est. Ille accurrens acceptam spongiam impleuit aceto, quod erat in vase illic posito, & ne dilaberetur imbibitus liquor, hyssopum (quæ est humilis herba) circumposuit, ita vt spongiam complecteretur & inuolueret hyssopus, ipsamq; spongiam sic plenam & inuolutam longæ arundini, seu vt dicit Mar. calamo, imposuit & obtulit ori eius. Tolet. ibidem, & annota. 17. in cap. 19. Ioann. Cum ergo accepisset acetum dixit, *Consummatum est*, Nempe finis & terminus meę pasſionis est iam impositus, quia iam omnia prædicta, præter

hoc

hoc vnum, scilicet aceti potationem consummata erant, & ideo eo accepto dixit, Consummatum est.

ANNOTATIO XXVII.

Matt. 27. Marc. 15. INter quas (scilicet mulieres à longe aspicientes) erant Maria Magdalenæ. Matth. & Marc. in hoc discordant a Io. qui prius dixit Mariam Magdalenam, & Mariam Cleophe stetisse iuxta crucem Iesu cum Maria matre eius Christo adhuc viuo. Nam iuxta Euthimium, illæ duæ à principio à longè fuerant cum cæteris, Postea vero accesserunt, & hanc sententiam Toletus approbat: Maria Cleophe videlicet, quia erat soror matris, Maria Magdalenę verò ob intensum amorem erga Christum. Non autem approbat sententiam Augustini dicentis illas à principio stetisse iuxta, quando Ioann. narrat, postea vero post mortem à longe fuisse cum aliis. Nam, inquit Tolet. si post mortem mulieres recesserunt, non dictæ fuissent stetisse respicientes à longe: iam enim non erat quod starent aspicientes, si prius iuxta crucem steterant & Christo mortuo recesserant. Nec ad id facit quod cæteri Euangelistæ postquam narrarunt Christũ mortuum

tuum id recensent de mulieribus. Non enim fuerunt aspicientes tantum quæ fiebant post mortem Christi, sed omnia gestã à principio crucifixionis aspexerant. Sæpe autem Euangelistæ vna re narrata, redeunt ad narrandum quod omissum est, quia simul multa dici aut scribi r on pos sunt.



R O M AE,
Ex Typographia Pauli Diani,
M D L X C I.